ARISTO
TILES de
mundo

Friderich Brandt
Anno 1629, adij 29
Martij. Ihm Verehrt
Von. Meinem Brueder
Hanß Kork.

Sum Verus Possessor
Georgius Paip.
V. Id. Novembris
Aº CIↃIↃCLXXXVI.

3

Possessor


BONAVENTVRA VVLCANIVS BRVGENSIS, ANNVM AGENS LVIIII; AN. DÑI, CIↃ; IↃ; XCVI;
OMNIBVS IDEM

ARISTOTELES
De Mundo,

GRÆCE:

Cum duplici interpretatione Latinâ. priore quidem L. APVLEI; alterâ verò Guilielmi Budæi.

Cum SCHOLIIS *& Castigationibus* BONAVENTVRÆ VVLCANII tam in Aristotelem, quàm in vtrunque eius interpretem.

Accessit seorsim
GREGORII CYPRII, Encomium Maris, *Græcè, nunquam antea excusum.*

ET

PAVLI SILENTIARII Iambica.

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
cIↃ. IↃ. XCI.

[redacted]

Bonauentura Vulcanius L.M.D.D.

Illustrissimo Principi ac Domino,

Domino MAVRITIO

PRINCIPI AVRAICO,

COMITI A NASSOV, &c.

Marchioni Veriæ & Flissingæ; Gubernatori Hollandiæ, Zelandiæ, WestFrisiæ, Ditionis Vltraiectinæ & Trans Isulanæ,

Domino clementissimo.

CORPVS humanum ita ab Architecto Deo conditum, vt erecto semper in altum vultu feratur; cùm reliqua omnia animantia in aluum prona deprimantur ad terram; euidenti argumento esse potest, Hominem ad Cæli, vnde ipsi origo est, totiusq. Vniuersi contemplationem esse formatum. quod ipsum etiam nominis *ἀνθρώπου* etymon, *ἀπὸ τοῦ ἄνω ἀθρεῖν*, hoc est, à suspiciendo in altum ita dictum, manifestè probat. At verò hæc

ſublimium cæleſtiumq. rerum contemplatio cùm ad omnes qui Hominum appellatione cenſentur pertineat; tum verò præcipuè ad eos quos Deus principatum in homines obtinere voluit, ſuaſque in terris vices obire. Cùm itaque magnus ille admiranduſque Ariſtoteles, hanc Naturæ & rerum ab oculis remotarum inueſtigationem cognitionemque magno illo Alexandro quàm digniſſimam iudicaret: totius Vniuerſi accuratam deſcriptionem, veluti in tabella quadam vno obtutu ſpectandam cognoſcendamque ipſi propoſuit. Opus certè præclarum vereque aureum, quodque non niſi ab ipſo NATVRÆ GENIO confici potuit. Id inſcripſit De Mundo; Mundi appellatione, Cæli ac terræ, & naturarum quæ iis continentur ſocietatem complexus. Quod quidem Ariſtotelis ſcriptum, ob eximiam doctrinam pariter atque elegantiam apud doctiſſimos quoſque omnis æui Philoſophos ſummo ſemper in precio habitũ fuit. Quò magis miror inuentos eſſe nonnullos qui id Ariſtotelis eſſe negauerint. qui quidem, præterquam quòd plumbeis argumentis nituntur, non ſatis animaduertunt, ſi aliquid iis efficiant, quantum dignitatis Ariſtoteli ſint

erepturi

erepturi. Cùm enim tanta ſit huius libri excellentia, vt non niſi à Naturæ genio ſcriptus cenſeri poſſit: conſequens omnino fuerit, vt ſi Ariſtotelem eius auctorem eſſe negent, alium præ Ariſtotele Naturæ genium ſtatuant; vtque eum, à præclari illius Elogij quod docta antiquitas ipſi ſummo iure tribuit poſſeſſione, per vim atque iniuriam deturbent. Apud me certè veteris illius Philoſophi Platonici pariter & Oratoris præſtantiſſimi, Apuleij inquam, auctoritas merito eſt potior, qui etiam ipſe De Mundo ſcripturus, nunquam profectò apertis verbis teſtatus eſſet, ſe Ariſtotelem & Theophraſtum in huius argumenti tractatione ſequutum fuiſſe; niſi hunc Ariſtotelis librum γνήσιον eſſe ſciuiſſet. In quo quidem Latinè vertendo, ita propriè atque eleganter omnes Græcanici ſermonis delicias ac Veneres expreſſit, vt omnes optimi interpretis partes expleuiſſe iure cenſeri debeat, & ſtudioſis vtriuſque linguæ veluti Canon quidam atque exemplar ad imitandum proponi. Sed factum eſt magno rei literariæ malo, vt nitidiſſimus hic Apuleij Mundus, partim iniuriosâ longinquitate temporum, partim librariorum & ſcribarum audaci, vt fit, imperitiâ, ita fuerit

contaminatus, vt nihil ferè in eo mundi ſit relictum. Ita enim fœdè corrupta, deprauata, luxata, mutila, & hiulca in eo multa in hunc vſq. diem paſſim occurrebant, vt nullum propemodum eius eſſet membrum, quod non atrox aliquod atque immane vulnus accepiſſet. Sed ne Ariſtotelis quidem ipſius Mundus, ad cuius archetypum ſuum efformarat Apuleius, ſatis mundus fuit relictus. In Ariſtotele itaque emendaui non pauca, ab Apuleio innumera mēdarum portenta profligaui; totamque hanc Ariſtotelici pariter & Apuleiani Mundi fabricam priſtinæ ſuæ, quoad eius fieri potuit, integritati reſtitui; & Scholiis, quæ conciliando cum Ariſtotele Apuleio, aut alioqui intricatioribus locis explicandis ſufficerent, illuſtraui. adeò vt bona me ſpes habeat, operam quam hac in re non paruam poſui, Philologis (neq. diffido quin & Philoſophis) vtilem pariter & iucundam futuram. Geminum verò hunc Mundum, mundiorem meâ operâ induſtriaque factum, cùm in publicum emittere ſtatuiſſem, Excell. Tuæ inſcripſi, dicaui: vt ex Batauici iſtius Solis, hoc eſt, Illuſtriſſimi nominis tui irradiatione ſummus vtriq. ornatus & ſplēdor accederet. Cùm enim, vt

eleganter

eleganter ait Pindarus, oporteat θαητῷ μεγάρῳ πρόσωπον θέμεν τηλαυγές, hoc eſt, *ſplendido ædificio ſplendidum addere frontiſpicium*; quodnam illuſtrius nomen huius Mundi frontiſpicio poſſit inſcribi, quodq́. maiorem ornatum dignitatemq́ue toti fabricæ adferat, quàm tuum; qui magni illius atq. incomparabilis Herois GVILIELMI Naſſouij Principis Auraniæ glorioſæ memoriæ filius, & paternarum virtutum locupletiſſimus hæres, in florentiſſimâ hac Europæi mundi prouinciâ, Batauiâ inquam, Iuſtitiam, Religionem & Literas aduerſus quoſuis hoſtium inſultus ſarta tecta tueris ac foues? adeóque prudenter, fortiter, & feliciter in primo hoc ætatis tuæ vere Rempublicam gubernas; & rerum geſtarum magnitudine ac gloriâ ita cottidie Illuſtriſſimi nominis tui famam propagas, vt iam totius Mundi oculos in te conuerteris, Principumq́. animos maximarum rerum exſpectatione erectos teneas? Supereſt, vt Excell. Tua vtriuſque huius Mundi à me emundati patrocinium, veluti tutelare quoddam numen, aduerſus omnes maleuolentiæ ictus ſuſcipiat. quod vt facere dignetur; vtq́. hoc meum quantumuis leuidenſe, Leydenſe tamen, munuſculum literarium

à deuotissimo Excell. Tuæ animo profectum, æqui boniq́ue consulat etiam atque etiam demissè oro atque obtestor.

Deus Opt. Max. Heroicas virtutes tuas, benignâ fauoris sui aurâ, cottidie magis magisq́ue aspiret: Teq́ue, Princeps Illustrissime, Reipublicæ, Ecclesiæ, Academiæq́ue nostræ quàm diutissimè seruet incolumem.

Lugduni Batauorum. An. à Christo nato, M. D. XCI;

Excellentiæ Tuæ

deuotissimus cliens,

Bonauentura Vulcanius.

IANI DOVSÆ FILI
Ad BON. VVLCANIVM
CARMEN
EX PVRIS IAMBIS.

A DESA *qualis inter antra ſe occulens*
Situq́ squaleq́ obſitus,
* *Senectam vt anguis exuit* * *leberida* — * Id eſt, Senilem Plaut. Lucr. Sall. *Id eſt, Membranam quâ integitur.
Et alteram induit nouam,
Aprica prata vere primulo petit.
Vel vt rigore in aſpero
Vbi omnis amnis invio horruit gelu,
Relaxat arua mox tepor,
Caputq́ mundus exerit venuſtior.
Item ille, qui ſcaber prius
Iacebat, áque putrilagine ac ſitu
Priore, principis tuâ
FABER BEATE *vindicatus eſt ope,*
Repente MVNDVS *exilit*
Nouus, ſuumq́ nomen obtinere nunc
Reapſe rurſus incipit.
Reciprocæ hîc volantis ætheris vices, — Stellæ fixæ.
Videnſq́ cuncta ſiderum
Frequens choræa Lydios rotat modos
Poli nitente fornice.

Adhæ-

Planetæ. *Adhæsionibusq́; nexa mutuis*
Vagantium ignium cohors;
2. Iuppiter. **Iouisq́; , Falciferq́; , & Hesperi iubar,*
Paterq́; Romuli, & satus
Atlante, tuq́; flammeis vagans equis,
Cui omnis æthra militat,
Ocelle Mundi & astrici decus gregis
Apollo, tuq́; Cynthia
Triplex, polumq́; citimâ ambiens face,
Cui ardor ignium subest.
Terra. *At ima pendet, in suoq́; stat statu,*
Marisq́; clauditur salo hinc
Ex eâ duplex exhalatio. *Et inde Terra; duplici vnde se ferens*
Vapore tenûis halitus
Subiices Deûm, id est, *Nubes. Enn.* *Ad aëris sola humidasq́; * subiices*
Deûm, alter ex anhelitu
Aquarum, at ille surgit aridis locis.
Enim inde grandines, niues,
Rapaxque nimbus; hinc Diespitris cadunt
Trisulca tela, vortices,
Procella, turbo, vis corusca fulguris,
Ruentis & poli fragor.
Faces omittam vt, atque siderum comas;
Viden', loquantur omnia vt
Deus. *Perennidædali Architectonis manum?*
** Ab hoc id omne quod prius*
Fuit, quod esse nunc videmus, atque mox

**Allusum ad versus Empedoclis ab Aristotele citatos.*

Futurum

Futurum, originem trahit;
Viri, feræ, alitumq́; secla plumea,
Liquentis aëris quibus
Secatur ora, Nerei & tacens pecus.
Suprema is incolens loca &
Tot orbium rotatiles supra globos
Flagrantis atrium poli,
Per vniuersa vi licet meet suâ,
Et omnia vnus impleat,
In orbe plurimum Astricis tamen dedit
Negotij Optionibus,* * *Vide Festum in Optio.*
*Stati esse rerum vt * arbitri velint, gerunt* * Id est, *Institores, Plaut.*
Vbique quas homulluli.
Ab his diei & vmbræ, & annui fluit
Vicissitudo temporis;
Prius iuuenta Veris aurei vt nouis Ver.
Coloret arua floribus,
Propinquiore Solis ignei rotâ Æstas.
Sequatur aridus vapor,
Sequens refundat hora fructuum & meri Autumnus.
Patente copiam sinu,
At inde pigra bruma, brumæ & horridi Hyems.
Solo ingruant satellites.
Et hæc quidem STAGIRÆ ALVMNVS *omnia*
Decente pinxerat stilo,
Sed & MADAVRÆ ALVMNVS *ipse Romulis*
Pelasga dicta verterat:

Tenebri-

Tenebricoſo vtrumque mancipauerat
Maligna iam dies ſitu;
Tenebricoſo vtrumque vindicas, FABER
BEATE, *rurſus à ſitu,*
Et addis illa, (dedolata quàm fabrè?)
Facem anteferre quæ queant
Genî ſagacis alite. ergo Muſica
Perennè nunc erit tuo
In ære turba, qui, quæ operta ceteris
Tibi vni aperta fecerat
Id eſt, *Apollo Feſt.* * APERTA *doctus, ora docta nunc virûm*
Ne operta ſint diutius,
Subire, iure publico & frui ſinis.
Vigebit vnde poſthumo
Recens honore fama nominis tui,
Adoreâq; perpeti
Virebit vſque; nulla temporum vt fuga
Vel ira Veiouis ruat
Opus perenne, dum auream Poli domum
Suprema finiat dies.

De ſe-

De felici doctissimi viri B. VVLCANII *labore in recensendo Aristotelis libro de Mundo.*

PRINCIPIO fabricam mundi, quam cernimus ore
Suspenso, facili cuderat arte Deus.
NATVRÆ GENIVS speciem miratus & artem
Prototypum chartis exprimere ausus erat
Tam benè, vt ignaris viua exemplaris imago
Facunda auctorem per monimenta daret.
Rubigo sed edax, rubiginis æmula & ætas
Postera tam mundum dedecorauit opus.
Forma etenim, ex patrio affectat dū quisq. metallo
Effigiem, affrictis sordibus inficitur.
Ornamenta latent squallore, nec illa refulget
Maiestas operi prima, nec artifici.
Prodit Stagiræ spirans VVLCANIVS ignes,
Argolicis pariter notus & Ausoniis,
Admouet incudi massam, limaque polito
Maiestatem operi reddit & artifici;
Vt iam in Aristotele expressum sit cernere mūdum,
Fasque suum in Mundo cernere Aristotelem.
Mundigenæ! FABRO quæ gratia? luceat illi
Gloria, dum mundo lumine mundus erit.

Raph. Thorius Bellio Medicus.

Τῷ αὐτῷ

Κόσμον ἀριστοτέλους κοσμῶν καὶ ἀπουλείοιο.
Κόσμον ἔλες κόσμου, καὶ στεφάνου στέφανον.

ῥαφ. θόριος

In V. CL.

BON. VVLCANII

nouam Ariſtotelis DE MVNDO editionem, & eius cum Apuleio coniunctionem

TRIMETER.

VERE Alienſe funeſtumq́; ſæculum,
Conſumpta quo tot librorum volumina,
Vt formicinum aut paſſerinum prandium.
Tum periit quicquid Varro muſinatus eſt,
Tum quicquid olim ſordidatas in ſchedas
Sueſſa muſa LucilI redegerat,
Dentem molarem qui ſtrinxiſſe dicitur
Primus, naſumq́; condidiſſe qui ſtyli:
Tum verſus EnnI flammei, tum Afranij
Togata, & omnis interiit comœdia
Vetus, vetuſq́; funditus Tragœdia.
Quædam corrupta quædam hiulca, maxima
Hæreditatis CÆSA *quantula hæc &* RVTA
Adhuc ſuperant communi tanquam incendio?
O quanta clades illa, penè dixerim,
Quædam librorum pugna Cannenſis fuit
Impacta fœdè literariæ rei!
Quis illi fulciendæ tibicen fuat?
Seu Semon, ſeu maiorum Gentium deus?
Reperti nouum Critici ſunt hominum genus,
Reperti magno literario bono,
Tanquam Augiæ cloacas, qui ſic ingenI
Scillito aceto, & multo iugere Hellebori

Vſque

Vsque ad Chrysippum perpurgati acumine,
Fœdata multa purgarunt, partim libris,
Quorum Vulcani Damasippus vnus es
(O Græca Seiren, ô lepores Attici!)
Abstrusa multa, multa qui recondita
Domi reseruas incubans, multa indies
Tanquam Euclionis gallus gallinaceus
Situ extrahis puluereo DE DOMO, PROBA,
Vel vnus esse testis Apulei potest
Oreichalco parandus haud contra liber,
Cuius tu pressiùs legens vestigia,
Immane quanta perpurgaueris loca
Partim eius, partim adiutus ingeni fide.
Namque ambidexter sic vtrumque fungeris,
Vt vni sat sit præstitisse singula.
Et iam tu Criticos vnus inter audies,
Polydamas & trahentes syrma Troades
Longum, solutum, te vnicum in oculis ferent,
Tanquam diale fulseris sidus polo
Quod Cretico præbebit in mari Pharon.

Theob. Teellingius.

ERRATA.

Pag. 30. *lin.* 1, *hoc est Sol.* adde, λοξίας. *pag.* 38. *lin.* 17. Argyropyli. *leg.* Argyropylus; 48, 1. vniuerso *leg.* obuerso. 63, 22. Hesponti *leg.* Hellesponti. 71, 20. adiungunt *leg.* adiungunt, ve insularum situs. Sunt qui eam finitimis locis comprehendunt: & sunt qui in alia diuisione eas habendas putant. *pag.* 80, soluitur crassior, *leg.* soluitur; crassior. 134, 14. ita *leg.* id. 134, 30. ritu *leg.* metu. *pag.* 220, *lin.* 11. factum. *leg.* facto. 220, 12. Ioh. *leg.* Ios. 269, 28. Lucilia. *leg.* Lucilio. In paulo Silentiario, vers. 7. ἐγὼ *leg.* ἔγωγε.

INDEX CAPITVM LIBRI ARISTOTELIS DE MVNDO.

ΑΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ
ΠΕΡΙ ΚΟΣΜΟΥ.

ΚΕΦΑΛ. α.

Πρόλογος πρὸς Ἀλέξανδρον, εἰς ἔπαινον φιλοσοφίας, ἄλλης τε, καὶ τῆς τὸν Κόσμον θεωρούσης.

ΠΟΛΛΑΚΙΣ μὲν ἔμοιγε θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα, ὦ Ἀλέξανδρε, ἡ φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι, μάλιστα δὲ, ἐν οἷς μόνη διαραμένη πρὸς τὴν τῶν ὄντων θέαν, ἐσπούδασε γνῶναι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν·

L. APVLEIVS MADAVRENSIS
DE MVNDO.
Capvt i.

Præfatio ad Fauſtinum, De laudibus philoſophiæ, eius potiſſimùm quæ in naturæ cognitione verſatur.

CONSIDERANTI *mihi & diligentius intuenti, & ſæpe aliâs, Fauſtine, mihi virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, diuinarum particeps rerum Philoſophia videbatur; & nunc maximè, cùm naturæ interpretationem, & remotarum ab oculis rerum inueſtigationem ſibi vindicet.*

ARIST. DE MVNDO,

Guil. Budæo interprete.

CAPVT I.

MIHI quidem ſæpe diuina quædam res, Alexander, admirationeq́ue digna viſa eſt Philoſophia: præcipuè verò ea in parte in qua ſola ipſa ſublimè ſeſe tollens ad contemplandas rerum naturas, magno illic ſtudio contendit exiſtentem in eis veritatem pernoſcere.

BONAV. VVLCANII SCHOLIA.

ARISTOTELES mundum ſuum, Alexandro illi Magno dicauit: Apuleius ſuum, Fauſtino. Quod ideò dico, vt Lectorem ſimul moneam, Apuleium non ex profeſſo Ariſtotelis interpretem agere, neque ſemper ſingula ipſius verba minutim conſectari, ſed quædam addere, quædam demere, & paraphraſticè interdum ſententiam exprimere, atque adeo ex Ariſtotele & Theophraſto peculiarem quendam ac proprium ſibi fœtum formare. Quod verò Apuleij in vertendis Græcorum ſcriptis conſilium fuerit, ipſemet Apologiâ primâ optimè declarat, vbi de multiiugis Ariſtotelis voluminibus agens, ita ait: *Quæ tantâ curâ conquiſita ſi honeſtum & glorioſum fuit illis ſcribere, cur turpe ſit nobis experiri? præſertim cùm ordinatius & cohibilius eadem Græcè & Latinè adnitar conſcribere, & in omnibus aut omiſſa anquirere, aut defecta ſupplere?* & poſtea, eadem Apologiâ:

logiâ: *Ne ego reprehendar*, inquit, *qui res paucißimis cognitas Græcè, Latinè propriis & elegãtibus vocabulis conſcribo.* Alibi etiam teſtatur, ſe Ariſtotelis libros τῶν ἀνατομῶν *& explorare ſtudio, & augere.* De Latinis etiam ſcriptis ſuis, ipſe ita: *In quibus*, inquit, *animaduertes, cum in eis cognitu rara, tum nomina etiam Romanis inuſitata, & in hodiernum, quod ſciam, infecta. ea tamen nomina labore meo & ſtudio ita de Græcis prouenire, vt tamen Latinâ monetâ percuſſa ſint.* Quæ omnia faciunt, vt ad vtriuſque linguæ tam Græcæ quàm Latinæ proprietatem cognoſcendam & conſequendam maximo vſui accuratam huius libelli Apuleiani lectionem & cum Ariſtotele collationem eſſe poſſe cenſeam. quod quidem plenius mea, vti ſpero, opera, intelligetur, quantumuis illum non nemo inſcitè multa vertiſſe ἀεισαρχικῶς planè clamitet.

Lin. 8. Diuinarum particeps rerum.] Non mihi ſatis facit Budæus, illud Ariſtotelis θεῖον τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα vertens, *Diuina quædam res, admirationeq; digna.* multoque minus, Alcyonius vertens, *Res quædam ſacra & planè diuina.* Neque enim δαιμόνιον ὄντως ſignificat *admiratione dignum*, tantum abeſt vt, *planè diuinum.* Sententia verò Ariſtotelis eſt, Philoſophiam, ſeu potius eam Philoſophiæ partem quæ verſatur in naturæ & rerum ab oculis remotarum inueſtigatione, habere quiddam diuini; & propriam eſſe τῶν δαιμόνων, ſiue Geniorum quos nos Angelos vocamus. quos Ariſtoteles diuinas quaſdam medias poteſtates facit, inter ſummum æthera & infimas terras. per quas, vt Apuleius lib. De deo Socratis ait, *& deſideria noſtra & merita ad deos commeant, Hos Græco nomine δαίμονας nuncupant, inter*

mortales [lege terricolas ex V.C.] *cælicolasq́ vectores; hinc precũ, inde donorum. qui vltro citroq́ portant, hinc petitiones, inde ſuppetias. ceu quidam vtrinque interpretes & ſalutigeri.* Plato quoque in ea ſententiâ fuit, Deum ſe homini non communicare niſi per medias poteſtates. à nudâ verò Dei contrectatione hominem remouet. Iudicarim itaque non incommodè θεῖον τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα, verti poſſe, Diuinum quid, & angelicum reuera, ſiue Geniis conueniens. Prætereundum tamen non eſt Apuleium etiam authorem eſſe, libro de Deo Socratis: quodam ſignificatu Animum humanum etiam nunc in corpore ſitum, Dæmonem nuncupari. atque inde εὐδαίμονας dici beatos, quorum dæmon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt. quem & Geniũ appellat, quod quodammodo cum homine gignatur. Apuleius Philoſophiam quam nobis Deus per Genios communicat, *Diuinarum participem rerum* vocauit. Virtutis verò indagatricem, expultricemq́ue [M.C. *excultricem*] vitiorum; eam Philoſophiæ partem vocat, quæ ἠθικὴ dicitur. cui tamen longè præfert eam quæ in Naturæ inueſtigatione verſatur.

ARISTOTELES.

Καὶ τῶν ἄλλων ταύτης ἀποστάντων διὰ τὸ ὕψος καὶ τὸ μέγεθος, αὕτη τὸ πρᾶγμα οὐκ ἔδεισεν, οὐδ' αὐτὴν τῶν καλλίστων ἀπηξίωσεν, ἀλλὰ καὶ συγγενεστάτην ἑαυτῇ καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐνόμισεν εἶναι τὴν ἐκείνων μάθησιν.

APVLEIVS.

Nam cùm ceteri magnitudine rei territi, eiuſ-

modi

modi laborem arduum & profundum existimarent; sola Philosophia suum non despexit ingenium. nec indignam se existimauit, cui diuinarum & humanarum rerum disceptatio deferatur. Sed condiscere ac docere tam bonas res & eiusmodi opera cum ingenuitate suæ professionis credidit: & congruere istiusmodi curam talibus studiis & moribus.

BVDÆVS.

Et cùm ceteri quidem mortales altitudine ipsa rei atque magnitudine deterriti, eo instituto abscessissent: dignum id inceptum esse duxit philosophia quod intrepidè ipsa nec dubitanter aggrederetur. Earum etiam rerum disciplinam sibi tum cognatissimam, tum maximè decoram arbitrata est.

SCHOLIA.

Ingenium] Ingenium vocat Apuleius, ingenitam animæ vim, siue Genium, siue δαίμονα, siue vt Græci loquuntur τὸ συγγενικὸν. Pindarus Od. XI. Pyth. manifestissimè τὸ συγγενὲς hac significatione vsurpat τὸ δὲ συγγενὲς, inquiens, ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρὸς hoc est, Indoles ipsi ingenita fecit eum insistere vestigiis paternis. quod & Homerus, eiusque imitator Pindarus γνωναῖον appellant. Homer. οὐ γάρ μοι γνωναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι. Pind. Pyth. φυᾷ τὸ γνωναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα. Vtrobique, τὸ γνωναῖον significat Ingenitum & natiuum, siue τὸ συγγενικὸν. in qua vo-

ce vt admodum propriâ Aristoteles hæret, frequenter eam vsurpans. Ita paulò infra Apuleius, illud Aristotelis, ῥᾳδίως τὰ συγγενῆ γνωρίσασα, vertit, *Facillimeq́ꝫ ea de quibus origo eius est, anima agnouit.*

Lin. 15. *Diuinarum & hum. rer. disceptatio.*] Ita vertit Apuleius, τῶν καλλίστων. Disceptationem verò vocat eandem quam supra Interpretationem, & Inuestigationem, & infrà, ἱστορίαν. quô fit vt in Aristotele legendum putem τῶν καλλίστων διαγνώσεως vel διακρίσεως ἀπηξίωσεν.

Lin. 16. *Condiscere & docere.*] Non assentior Coluio, qui hanc lectionem probat præ illâ quam alia habent exemplaria, *Conducere & decere*: quæ verba explicant optimè illud, συγγενεστάτην ἑαυτῇ καὶ μάλα πρέπουσαν μάθησιν, id est, cognitionem. Nam de docendo hîc verbum nullum, sed de discendo. Confirmat hanc lectionem Codex meus m.s. optimæ notæ.

Ibid. *res & eiusmodi opera.*] m. s. cod. *artes & eiusmodi operam.* rectissimè. *operam* enim, vocat, laborem qui huic μαθήσει siue inuestigationi impenditur.

Lin. 17. *cum ingenuitate suæ professionis.*] Ingenuitatem etiam hîc vocat non τὴν ἐλευθερίαν, sed τὴν συγγένειαν, vel τὸ συγγενικὸν, id est genuinam indolem & vim, quam lib. De deo Socratis *Ingenium mentis* appellat, hoc est, naturam.

Ibid. *& congruere.*] Hæc & quæ sequuntur ad finem periodi vsque, putarim glossema merum esse, explicationemque præcedentium verborum. atque ita hæc margini adscripta fuisse, cum nota aliqua quæ significaret, *id est.* proque ea nota positam esse

à sciolo

à sciolo aliquo coniunctionem &, quæ cum iis quæ sequuntur in contextum irrepsit. Quid enim aliud est *congruere*, quàm quod anteà dixit, *decere*: quid aliud *curam*, quàm quod antea dixit, *operam*?

Quantopere verò hæc cælestium rerum contemplatio homini conueniat, testatur Seneca, qui de hac ipsa agens ait: *Nisi adhac admitterer, non fuerat operæprecium nasci.* Et rursum; *ô quàm contemta res est homo, nisi supra humana se erexerit!*

ARISTOTELES.

Επειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν τῷ σώματι εἰς τὸν οὐράνιον ἀφικέσθαι τόπον, καὶ τὴν γῆν ἐκλιπόντα τὸν οὐράνιον ἐκεῖνον χῶρον κατοπτεῦσαι; καθάπερ οἱ ἀνόητοί ποτε ἐπενόουν Αλωάδαι, ἡ γοῦν ψυχὴ διὰ φιλοσοφίας λαβοῦσα ἡγεμόνα τὸν νοῦν, ἐπεραιώθη, καὶ ἐξεδήμησεν, ἀκοπίαστόν τινα ὁδὸν εὑροῦσα, καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστῶτα τοῖς τόποις, τῇ διανοίᾳ συνεφρόνησε, ῥᾳδίως οἶμαι τὰ συγγενῆ γνωρίσασα, καὶ θείῳ ψυχῆς ὄμματι τὰ θεῖα καταλαβοῦσα, τοῖς τε ἀνθρώποις προφητεύουσα.

APVLEIVS.

Nam cùm homines Mundum eiusq; penetralia adire non possent, vt è terreno domicilio illas regiones aspicerent, vt stolidi illi Aloidæ quondam facere instituerant, Philosophiam ducem nacti, eiusque imbuti inuentis, animo peregrinari ausi

ſunt per cæli plagas, his itineribus, quæ exploratione acuminis ſui, peruia Sapientiæ, ſolis cogitationibus viderant, vt, cum ipſius interualli conditione à Mundi vicinia Natura nos ſecretos eſſe voluiſſet, immenſitati tamen eius, volacrique curriculo cogitationum noſtrarum nos pernicitas intimaret. facillimeq́ ea, de quibus origo eius eſt, anima diuinis oculis ſuis aſpexit & agnouit, aliis etiam eius ſcientiam tradidit, veluti prophetæ quidam, qui dum Deorum maieſtate completi ſunt, effantur ceteris, quæ diuino beneficio ſoli vident.

BVDÆVS.

SIQVIDEM cùm per rerum naturam negatum hoc eſſet homini, cæleſtem vt in locum corpore ſe conferret, vtque veluti è terra peregrè proficiſcens, locum illum oculis perluſtraret, id quod ſtolidi illi Aloidæ quondam facere inſtiterunt: eo factum eſt, animus vt humanus huius viæ ducem nactus intellectum, peregrinabundus illuc importaretur. Ex quo euênit, viam cùm inueniſſet philoſophia laſſitudinis vacuam atque laboris, res vt inter ſe ſitu longiſſimè ſeiunctas, vna intelligentia complecteretur, facilè nimirum eas res noſcitans, queis cum ſibi naturalis intercedit neceſſitudo. Eadem etiam cum

cum diuino animæ oculo diuinarum rerum naturam comprehendiſſet, hominibus ſubinde eas interpretari cœpit, quaſique antiſtitis officio perfungi.

SCHOLIA.

Pag. 387. lin. 19. *Mundũ.*] *οὐράνιον τόπον* vertit Apuleius *Mundum.* vtpote à digniore ſui parte. Cum enim Mundus conſtet ſocietate cæli & terræ, cælum æquius Mundi appellationem ſibi vindicat, quàm terra. Ita Cicero lib. De vniuerſitate locum illum ex Timæo Platonis, *νείμας περὶ πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανὸν κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον.* ita vertit: *vt hunc varietate diſtinctum, bene Græci κόσμον, nos Lucentem mundum nominaremus.* Inde & annus Mundanus peragi dicitur, cùm ſtellæ omnes (vt ait Macrobius) omniaque ſidera à certo loco ad eundem locum ita remeauerint, vt ne vna quidem cæli ſtella alio in loco ſit, quàm quo fuit. Vnde & Mundanus annus, (inquit ille) dicitur. quia Mundus propriè Cælum vocatur.

Ibid. *vt è terreno* &c.] m. ſ. codex legit, *vt terreno* &c. citra præpoſitionem *è.* quam lectionem ſi agnoſcamus vt probam, ſenſus eſt, Hominem corpore indutum (quod quidem terrenum hominis domicilium vocat) cælum adire non poſſe. Lucret.

Ergo viuida vis animi peruicit & extra
Proceßit longè flammantia mœnia mundi,
Atque omne immenſum peragrauit mente.

24 *Animo peregrinari auſi ſunt per cæli plagas.*] Propriè reddidit vim verbi ἐξεδήμησεν. proprium enim homini domicilium eſt Terra, vnde & homines

χθόνιοι siue ἐπιχθόνιοι dicuntur, vt pisces ἐνάλιοι.

22 *His itineribus.*] Periphrasticè explicat Apuleius id quod Aristoteles dicit ἀκοπίαστον τινα ὁδὸν ἱδρῦσαι. quam facilitatem permeandi cælestes plagas, soli cogitationi, vel vt lin. 26 ait, cogitationum nostrarum pernicitati tribuit.

24 *A mundi vicinia.*] hoc est cæli, à cuius vicinia ratione corporis seiungimur.

27 *De quibus origo eius est.*] Vide Macrobium lib. 1. cap. 14. in illud Ciceronis: *Hisq; animus datus est ex sempiternis illis ignibus.* Virg. 6. Æneid. *Igneus est illis vigor & cælestis origo.* Hæc est illa Catena, quam Homerus è cælo dependere in terras dicit, significans per eam, à summo Deo vsque ad infima mutuis vinculis religatam, & nusquam interruptam connexionem; sed quæ in mente hominis præcipuè elucet.

28 *Eius scientiam tradidit.*] hoc vult Aristoteles per προφητεύουσα. Nam, teste Festo, προφῆται olim dicebantur oraculorum interpretes. Ita & Paulus Cor. 1. cap. 14. προφητείας accipit pro verbi Dei, seu Euangelicæ doctrinæ interpretatione, siue ore, siue scriptis fiat. Cuius vocis προφήτου vim Apuleius pluribus verbis explicat, cùm ait Prophetas Deorum maiestate plenos (hoc est afflatos numine, qui idcirco ἔνθεοι vel κάτοχοι dicuntur) effari ceteris (proprie enim hoc significat verbum προφῶ. vnde προφήτης) quæ diuino beneficio soli vident.

ARISTOTLES.

Τοῦτο δὲ ἔπαθε, καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν, πᾶσιν ἀφθόνως μεταδοῦναι βουληθεῖσα τῶν παρ' αὐτῆς τιμίων.

BVD.

BVDÆVS.

Id enim libens philoſophia faciendum ſuſceperat, vt quas res cunq. præcipuæ commendationis eſſe exiſtimaſſet, eas, quoad eius fieri poſſet, inter homines erogaret. quibus vtique ipſis abunde atque prolixè conſultum ipſa cupiebat.

SCHOLIA.

Apuleius hæc prætermiſit; iudicans ſatis fuiſſe dicere, πᾶσί τε ἄλλοις προφητεύουσα. ſenſus eſt: Philoſophia autem hanc operam ſuſcepit, quoad eius fieri poſſet abundè omnibus impartiri cupiens quæcunque præſtantiſſima comperiſſet.

Τιμίων.] τὰ τίμια vocat, quæ ſupra τὰ κάλλιστα quum dixit, οὐδ᾽ αὐτὴν τῶν καλλίστων ἀπηξίωσεν.

ARISTOTELES.

Διὸ καὶ τοὺς μετὰ σπουδῆς διαγράψαντας ἡμῖν ἑνὸς τόπου φύσιν, ἢ μιᾶς σχῆμα πόλεως, ἢ ποταμοῦ μέγεθος, ἢ ὄρους κάλλος, οἷά τέ τινες ἤδη πεποιήκασιν, φράζοντες, οἱ μὲν, τὴν Ὄσσαν, οἱ δὲ τὴν Νύσσαν, οἱ δὲ τὸ Κωρύκειον ἄντρον, οἱ δὲ, ὅ,τι οὖν ἔτυχε τῶν ἐπὶ μέρους, οἰκτίσειεν ἄν τις τῆς μικροψυχίας, τὰ τυχόντα ἐκπεπληγμένους, καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ θεωρίᾳ μικρᾷ.

APVLEIVS.

Qvare *& eos qui nobis vnius loci ingenia qualita-*

qualitateſq́; deſcribunt, aut mœnia vrbis, aut alicuius amnis fluenta, aut amœnitates & magnitudines montium, alia multa deſcripta ab aliis plerique ſtudioſè legunt. Nyſæ iuga, & penetralia Coryci, & Olympi ſacra, & Oſſæ ardua, & alia huiuſcemodi ſola dumtaxat & ſingula extollunt. Quorum miſeret me, cùm tantopere nec magnis, & oppidò paucis inexplebili admiratione capiuntur.

BVDÆVS.

QVAPROPTER iſtos miſerari quiuis iure poſſit, vt puſilli animi ſcriptores, res quaſlibet vulgoque expoſitas ſumma admiratione proſecutos, qui nobis vnius loci naturam, aut vrbis cuiuſdam formam ſitumq́. aut magnitudinem fluminis, aut denique amœni montis aſpectum deſcribere inſtituerunt, cùm interim magnificè de ſemetipſis ſentiant ob exilem quampiam naturæ perceptionem: cuiuſmodi nonnulli magno illi quidem ſtudio fecerunt, accurata vt dictione deſcriberent, hic Oſſam montem, ille Nyſſam: alij Coryceum ſpecum; alij quiduis eorũ quæ inter orbis particulas cenſentur.

SCHOLIA.

Pag. 387. lin. 31. *Loci ingenia.*] id eſt Naturam, Gloſſ. v. Ingenium, εὐφυΐα, φύσις.

32. *Aut mœnia vrbis.*] m. ſ. codex meus legit *Amœnia*, & quidem meo iudicio, rectiſſimè. vt ſint Amœnia, quæ Græcis ἀκταί. quæ ipſe Apuleius pag. 390. lin. 26. periphraſticè vocat *Sinuoſis inflexam littoribus terram.* Et Seruius illud Virgilij Æneid. 5.

At procul in ſola ſecretæ Troades acta,

ita interpretatur: *Acta nomen ſubſtantiuum, ſignificat ſecreta & amœna locorum.* Et Gloſſarium vetus. Amœnia, αἱ ἀκταί. Et Gloſſ. Græcolatinum Ἀκτή. Ora, ſcilicet maritima. Ex quibus liquet, quàm probi ſint interpretes qui paſſim dum in Græcis authoribus occurrit nomen ἀκτῆς, littus vertunt, citra vllam adiectionem. Amœnia periphraſticè deſcribit Seneca Nat. Quæſt. lib. 6. cap. 1. cùm ait: *mareq́ue ex aperto conductum amœno ſinu cingit.*

Pag. 388. lin. 2. *Penetralia Coryci.*] Antrum id Apollinis fuit in quo ſine vlla face quàm longiſſimè progredi licebat. Ex eo antro corporibus mirificum robur ad omne opus adferri credebant. Vide Pauſaniam in Phocicis.

Ibid. *Olympi ſacra.*] Malim legere, *Acra*, id eſt Faſtigia, de quibus ita Strabo lib. 12. Ἔστι τοίνυν ὄλυμπος κύκλῳ μὲν εὖ συνοικούμενος, ἐν δὲ τοῖς ὕψεσι δρυμοὺς ἐξαισίους ἔχων, καὶ λῃστήρια δυναμένους ἐκτρέφειν τόπους εὐερκεῖς, ἐν οἷς καὶ τύραννοι συνίστανται, οἱ δυνάμενοι συμμεῖναι πολὺν χρόνον, vt de Cleone ibi commemorat qui erat τῶν λῃστηρίων ἡγεμὼν, & primùm Antonium iuuit, deinde Cæſarem, multo honore ab vtroque affectus. Capitolium etiam vocatur, quod Græcis ἄκρα. quòd eſſet κορυφὴ τῆς πόλεως.

Lin. 3. *Quorum miſeret me.*] Cicero lib. 6. De

Repub. *Quod si, inquit, corpore in sublimem aëra, quo loco cæli confinia sunt, & cum maribus omnibus terra iam* (fortè, *etiam*) *euanescit, traduci, & mundi vastitatem intimius perspicere possemus, diceremus homines insanos, quicunq. rerum istic quicquam mirantur.* Græci eos quorum aliquis propter ipsorum fatuitatem miseretur δειλαίους vocant.

5 *Inexplebili admiratione cap.*] Vetus codex m. s. habet *inexplicabili.* vtrunque vocabulum Apuleio familiare, & loco huic conueniens. Prius illud, τὸ ἄπληστον significat, posterius τὸ ἄῤῥητον, ἢ ἀνεκδιήγητον. Sed, pro *admiratione* Vet. cod. legit *administratione*: quam lectionem si recipiamus, tum, *inexplicabile* accipietur, pro, à quo se quis explicare siue extricare nequit. At quod in Aristotele legitur τὰ τυχόντα ἐκπεπληγμένους, planius erit, si legatur, πρὸς τὰ τυχόντα. tametsi neque hoc loquendi genus inusitatum est. τὰ τυχόντα autem vocat Omnium aspectui obuia, & subiecta oculis corporeis.

ARISTOTELES.

Τοῦτο δὲ πάσχουσι διὰ τὸ ἀθέατοι τῶν κρειττόνων εἶναι, λέγω δὲ κόσμου καὶ τῶν ἐν κόσμῳ μεγίστων. οὐδέποτε γὰρ ἂν τούτοις γνησίως ἐπιστήσαντες, ἐθαύμαζόν τι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ πάντα αὐτοῖς τὰ ἄλλα μικρὰ κατεφαίνετο ἂν, καὶ οὐδενὸς ἄξια πρὸς τὴν τούτων ὑπεροχήν. λέγωμεν δὴ ἡμεῖς καὶ καθ' ὅσον ἐφικτὸν θεολογῶμεν περὶ τούτων συμπάντων, ὡς ἕκαστον ἔχει φύσεως, καὶ θέσεως, καὶ κινήσεως.

APVLEIVS.

*H*ÆC *illis euenire adeò non eſt admirabile; cùm nihil maius ſuſpexerint, neque ad aliquid intenderint quod maiori diligentia contemplandum eſſet. Ceterùm ſi terrarum orbem omnemq́; Mundum contemplari pariter aliquando potuiſſent: minus exiguas eius & ſingulas partes dignas laudibus credidiſſent, quibus eſſet Vniuerſitas comprehenſa. Quare nos Ariſtotelem prudentiſſimum & doctiſſimum Philoſophorum, & Theophraſtum authorem ſecuti, quantum poſſumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cæleſti ratione, naturas & officia complexi, & cur, & quemadmodum moueantur explicabimus.*

BVDÆVS.

ID quod ideo euenit, quòd illis maiora vidiſſe non contingit; mundum ſcilicet & præcipuas eius partes. haudquaquam enim illi tantopere quælibet admirarentur, ſi hiſce contemplandis incubuiſſent legitima contentione: omnia verò & parua & floccifacienda duxiſſent, dumtaxat præut extat horum excellentia. Proinde dicere ipſi aggrediamur de iis omnibus vniuerſim collectis, quamq́ue fieri poteſt maximè theologica commentatione ediſſerere, quænam ſit cuiuſque horum 1. natura, 2. ſitus, 3. motus.

SCHOLIA.

Lin. 5. *Hæc i. eu. a. n. e. admirabile.*] V. C. *Hoc* &c. *non est mirabile.*

7. *Intenderint.*] Eleganter explicauit Apuleius vim verbi ἐπιστῆσαι. quod significat, animum applicare alicui rei atque intendere. Polyb. ἄξιον ἐπιστῆσαι πως, id est, operæprecium est considerare, & commentando quærere.

14. *Dicemus de omni hac cælesti ratione.*] Ita interpretatur Apuleius vtrunque illud Aristotelis, τὸ λέγωμεν videlicet, & τὸ θεολογῶμεν. vt sit θεολογεῖν De cælesti ratione, vel, de rebus cælestibus cōmentari. Theologiam enim vocabant Veteres interiorem De natura cælesti disputationem, qualis etiamnum apparet in Hymnis Orphëi. Budæus vertit, *Theologica commentatione edisserere.* non satis apposite ad rem, vt nec Alcyonius ille, *De rebus diuinis & planè sacris disputabimus.*

ARISTOTELES.

Πρέπειν δὲ οἶμαι καὶ σοὶ ἡγεμόνων ὄντι ἀρίστῳ, τὴν τῶν μεγίστων ἱστορίαν μετιέναι, φιλοσοφίᾳ τε μηδὲν μικρὸν ἐπινοεῖν, ἀλλὰ τοῖς ταύτης δώροις δεξιοῦσθαι τοὺς ἀρίστους.

BVDÆVS.

TIBI verò, vtpote imperatorum præstantissimo, hoc quoque decorum consentaneumque esse arbitror, cum maximarum rerum commentationem animo consectari, tum

tum verò ex philoſophiæ ſtudio nihil iam non grande animo agitare: optimates etiam viros iis rebus imitare, quibus rebus ipſi ab eadem munificè prædito eſſe contigit.

SCHOLIA.

Hæc ab Apuleio ſunt prætermiſſa. Compellat enim Ariſtoteles Alexãdrum cui libellum hunc De mundo inſcribit, & rationem ſuæ inſcriptionis hanc addit, quòd maximarum rerum cognitio, maximum principem deceat. Apuleius verò, hoc ex Ariſtotele & Theophraſto, vt ipſe teſtatur, conflatum opuſculum Fauſtino ſuo dicat. Senſus eſt:

Te verò Imperatorum præſtantiſſimum decet maximarum rerum cognitionem conſectari: tum verò Philoſophiæ ope nihil minutum animo agitare; quin etiam eiuſdem philoſophiæ munera præſtantiſſimis viris largiri.

ΚΕΦΑΛ. β.

Περὶ κόσμου ἤτοι οὐρανοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ μερῶν καὶ ἀστέρων.

ΚΟΣΜΟΣ μὲν οὖν ἐστι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος, ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη.

CAPVT II.

De mundo ſuperiore, ſiue cælo, & partibns eius, ac ſideribus.

APVLEIVS.

MVNDVS omnis ſocietate cæli & terræ conſtat, & eorum naturis quæ vtriuſque ſunt. Vel ſic: Mundus eſt ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta cuſtodiâ.

BVDÆVS.

MVNDVS eſt compages à cælo terraque coagmentata, atque ex iis naturis quæ intra ea continentur. Dicitur etiam aliter mundus, ordo & digeſtio vniuerſorum, quæ à Deo & per Deum aſſeruatur.

SCHOLIA.

388. 16. *Societate.*] Quod Ariſtoteles vocat σύστημα, Muſico vſus vocabulo, quo ſignificatur Modulamen vnum quod ex diuerſorum ſonorum ſiue conſonantiarum compage efficitur; Budæus vertit, *Compaginem coagmentatam*, Alcyonius, *Coagmentationem.* Apuleius magis propriè *Societatem* vocat. quâ nimirum diuerſiſſimæ mundi partes; graues, leues, calidæ, frigidæ, humidæ, ſiccæ, amica ſocietate ac veluti harmoniâ quadam inter ſe conſpirant. & diuinâ ac ſempiternâ lege veluti firmſſiimâ certiſſimaque fultura, à ſummis ad ima ſe propagante atque extendente, arctiſſimè inter ſe aſtringuntur.

Lin. 18. *Ornata ordinatio.*] Ariſtoteles in altera defini-

definitione Mundi, duas voci *κόσμου* ſignificationes tribuit: alteram *τάξεως*, id eſt, ordinis; alteram *διακοσμήσεως*. id eſt, ornatus. quemadmodum & apud Latinos ornatum muliebrem vocamus Mundum, & apud Græcos prior illa ſignificatio vſitata eſt, vt *οὐκ ἐν κόσμῳ φθέγγειν* id eſt, *ἀτάκτως*. quam duplicem ſignificationem ab Ariſtotele notatam, non animaduerterunt interpretes. Nam Budæus *τάξιν* & *διακόσμησιν* vertit *Ordinem & Digeſtionem*. quid verò aliud eſt digeſtio, quàm ordo? Alcyonius, *Ornatam deſcriptionem* vocauit. Apuleius vtramque vocis vim elegantiſſimè expreſſit, vertens, *Ornatam ordinationem*, cui opponitur Chaos, hoc eſt, rudis indigeſtaque moles, cùm nullus adhuc eſſet, vt ait ingenioſus ille Poëta, Naturæ vultus in orbe. per quem vultum is pulchrè *κόσμον*, id eſt, ornatam ordinationem innuit. Philo: *Ο κοσμοπλάστης τὴν οὐσίαν ἄτακτον καὶ συγκεχυμένην, εἰς τάξιν ἐξ ἀταξίας, καὶ ἐκ συγχύσεως ἐς διάκρισιν ἄγων*, &c.

Ibid. *Dei munere*, &c.] Budæus illud Ariſtotelis *ὑπὸ θεοῦ, καὶ διὰ θεὸν* vertit, *A Deo & per Deum*. Atqui *διὰ θεὸν* non ſignificat *per Deum*, ſed, propter Deum. Alcyonius vertit: *quæ tum à diis, tum per deos cuſtoditur*. minùs rectè quàm Budæus, minùs etiam piè quàm Apuleius homo Ethnicus. Nam cùm Alc. *τὸ ὑπὸ θεοῦ* vertit, *à Diis*, quid aliud quàm *ἑλληνικὴν πολυθεΐαν* inducit? cùm Apuleius ſanius vertat, *Dei munere*. Poſterius verò illud, *καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη*, Alc. *tum per deos cuſtodiatur*, Apul. *Deorum recta cuſtodia*, hoc eſt, quæ regitur cuſtodiâ deorum. quos deos alio nomine *δαίμονας* vocat, & medias quaſdam poteſtates inter ſummum æthera & infimas

terras: Moyſes Angelos, ἀγγέλους, vt ait Philo, ὀνόματι χρώμενος, hoc eſt internuncios & miniſtros appellat. Atqui hac ratione, legendum erit apud Ariſtotelem διὰ θεῶν, cùm in omnibus editionibus quas viderim legatur διὰ θεὸν. Sed cùm Apuleius Platonicus philoſophus Deum ab attrectatione rerum humanarum cominus amoueat, ſummam tantum illam poteſtatem, ſacratam cæli penetralibus ei tribuat, ibíque ipſum in altiſſimo loco reſidentem maieſtatem ſuam retinere, inferiora vero omnia per omnes mundi partes, vt & terrenorum omnium ſalutem, mediarum poteſtatum curâ adminiſtrare, (vt infrâ Apul. hoc ipſo lib. De mundo, pag. 404. & 405. elegantiſſimè deſcribit) Ariſtoteles verò δαίμονας hoſce Platonicos non agnoſcat: non magnopere reluctabor ſi pro διὰ θεῶν, vt legit Apuleius, conuenienter Platonicæ ſententiæ legamus διὰ θεοῦ. ex mente Ariſtotelis.

ARISTOTELES.

Ταύτης δὲ τὸ μὲν μέσον, ἀκίνητόν τε ὂν καὶ ἑδραῖον, ἡ φερέσβιος εἴληχε γῆ, παντοδαπῶν ζώων ἑστία τε οὖσα, καὶ μήτηρ. τὸ δὲ ὕπερθεν αὐτῆς, πᾶν τε καὶ πάντη πεπερατωμένον.

APVLEIVS.

CVIVS *Cardinem (Sic enim dixerim centrum) robuſtum & immobilem, genitrix atque altrix omnium habet Tellus: ſupernis omnibus, vt videri poteſt, Aëris liquiditate, ad modum tegminis ſeptis & opertis.*

BVDÆVS.

Hvivs ſitum medium immotum & ſtabilem terra vitæ fœcunditate prædita ſortita eſt: animantium quidem illa omnifariam diſtinctarum ſedes & parens. Huius vniuerſitatis ſuprema pars omnis, omnem in partem finita eſt & terminata;

SCHOLIA.

Lin. 19. *Centrum.*] Cic. *Nam ea quæ eſt media, Tellus, non mouetur.* Macrob. *Eſt enim centrum. in Sphæra autem ſolum centrum non mouetur, quia neceſſe eſt vt circa aliquid immobile Sphæra moueatur.*

20. *Altrix.*] φερέσβιος. Parum enim erat genuiſſe, niſi genitos aleret frugibus & fructibus.

21 *Supernis omnibus.*] Ita vertit Apuleius illud Ariſtotelis, τὸ δὲ ὕπερθεν αὐτῆς. id eſt, quod eſt ſuperius terra. Bud. non rectè, meâ quidem ſententiâ vertit, *Huius vniuerſitatis ſuprema pars.* cùm velit dicere Ariſt. extima terræ omni ex parte cingi & terminari Aëre. Ineptiſſimè verò, imò verò abſurdè planè Alcyonius, *Infima pars vniuerſa & vſquequaque finita circumſcribitur.* Neuter animaduertit locum Ariſtotelis mutilum eſſe, & legendum planè ἀέρι πεπερατωμένον. vel potius ἀέρος πυκνότητι πεπερατωμένον, vt reſpondeat cum ſequenti ἧς: quod certè facilè obſeruaſſent, ſi vel per ſomnium illis in mentem veniſſet Apuleij verſionem cum Ariſtotele conferre, qui elegantiſſimè eum explicat, dicens terram omni ex parte Aëre veluti tegmine opertam: quod & Philo ſentit, qui cùm dixiſſet, Terram & aquam à Deo,

in medio vniuersi constitutam, subdit: Τὸν δὲ αἰθέριον ἐν κύκλῳ τόπον ὤχυρεῦτο, τὴν ἐντὸς ὅρον καὶ φυλακτήριον. Manilius.

Est igitur Tellus mediam sortita cauernam
Aëris, & toto pariter suspensa profundo.

ARISTOTELES.

Ης τὸ ἀνώτατον θεοῦ οἰκητήριον, οὐρανὸς ὠνόμασαι. πλήρης δὲ ὢν σωμάτων θείων, ἃ δὴ καλεῖν ἄστρα εἰώθαμεν, κινούμενος κίνησιν ἀΐδιον, μιᾷ περιαγωγῇ καὶ κύκλῳ συναναχορεύει πᾶσι τούτοις ἀπαύστως δι' αἰῶνος.

APVLEIVS.

V LTRA, *Deorum domus est, quod vocamus cælum, quod quidem diuinis corporibus onustum videmus, ignibus pulcherrimis & perlucidis Solis & Lunæ, & reliquorum syderum, cum quibus fertur per orbem, dierum noctiumq; curriculis, agens stellarum choros, intermino lapsu, finem nulla æui defectione factura.*

BVDÆVS.

C VIVS id quod in celsissimo loco situm est, Cælum dicitur, Dei domicilium. Hoc cum diuinis corporibus plenum sit, quæ Sidera nos appellare solemus, motuque sempiterno agatur vno circumactu, orbisque

ductu

ductu eodem, perenni vtique in æuum tenore rapta secum illa circumagit corpora ad numerum, in moremque præsultoris.

SCHOLIA.

22. *Vltra.*] id est, supra Aërem.

24. *Ignibus.*] Virg. *Vos æterni ignes*, &c.

27. *Intermino lapsu.*] id est, perpetuo motu. Labi & Volui propriè de cælo & astris.

Stellarum choros.] respicit ad illud *συναναχορεύει.* quod explicat Bud. adiiciens, *In morem præsultoris.*

Per orbem.] In orbem. hoc est circulari motu. Naturarum enim genera summa sunt tria: quod circulariter mouetur, Cælum: quod sursum, Ignis, Aër. quod deorsum, Aqua & terra.

ARISTOTELES.

Τοῦ δὲ σύμπαντος οὐρανοῦ τε καὶ κόσμου σφαιροειδοῦς ὄντος, καὶ κινουμένου καθάπερ εἶπον ἐνδελεχῶς, δύο ἀκίνητα ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ σημεῖα, καταντικρὺ ἀλλήλων. καθάπερ τῆς ἐν τόρνῳ κυκλοφορουμένης σφαίρας, στερεὰ μένοντα καὶ συνέχοντα τὴν σφαῖραν, περὶ ἃ ὁ πᾶς κόσμος κινεῖται. ὁ μὲν οὖν κόσμος ἐν κύκλῳ περιστρέφεται. καλοῦνται δὲ οὗτοι πόλοι.

APVLEIVS.

SED *cùm omne cælum ita reuoluatur vt sphæra, ipsam tamen radicibus oportet teneri, quas diurna machinatio verticibus affixit. vt in tornando*

nando artifex ſolet forcipe materiam comprehenſam reciproco volumine rotundare. Eos, Polos dicimus.

BVDÆVS.

VNIVERSI autem mundi cæliq́ue globoſa (vt dictum eſt) forma compacti, iugiq. vertigine exagitati, duo eſſe puncta neceſſe eſt inter ſe è regione obuerſa, itidem atque ſi globus in torno circumagatur: ſtabilia quidem illa, globumque continentia: circa quæ mundus vniuerſus vertitur. Hos Vertices appellant, aut cardines.

SCHOLIA.

28. *Reuoluatur vt ſphæra*] Omiſit Apuleius τὸ ἐντελεχὲς. quod idem ſit cum illo quod ſupra dixit κίνησιν ἀΐδιον. Neque enim aliud eſt τὸ ἐντελεχὲς quàm συνεχῶς καὶ ἀδιαλείπτως. vt nec ἐντελέχεια, quàm τὸ ἐντελῶς καὶ ἀεὶ οὕτως ἔχον. quo fit vt rectiùs ſcribatur ἐντελέχεια & ἐντελεχὲς, quàm ἐνδελεχὲς & ἐνδελέχεια: & vt Plato vſurpat ἐντελεχῶς.

29. *Diurna machinatio.*] Legendum proculdubio *Diuina*, vt & M S. codex meus habet. Diuina autem machinatio, hoc eſt θεία μηχανὴ, nihil aliud eſt, quàm Deus ipſe.

30. *Verticibus.*] id eſt, πόλοις. Nam vt illi ἀπὸ τοῦ πολεῖν, id eſt, στρέφεσθαι, ita Vertices, quòd circa illos vertatur, id eſt, circumagatur & circumuoluatur Mundus. Virgilius etiam vertices vocat.

31. *Volumine.*] rotatione, circumactione.

ARISTOTELES.

Δι᾽ ὧν εἰ νοήσαιμεν ἐπεζευγμένην εὐθεῖαν, ἥν τινες ἄξονα καλοῦσι, διάμετρος ἔσται τοῦ κόσμου, μέσην μὲν ἔχουσα τὴν γῆν, τοὺς δὲ δύο πόλους, πέρατα. τῶν δὲ ἀκινήτων πόλων τούτων, ὁ μὲν, ἀεὶ φανερός ἐστιν ὑπὲρ κορυφὴν ὤν, καὶ τὸ βόρειον κλίμα, ἀρκτικὸς καλούμενος· ὁ δέ, ὑπὸ γῆν ἀεὶ κατακέκρυπται, καὶ τὸ νότιον, ἀνταρκτικὸς καλούμενος.

APVLEIVS.

A quibus velut à cardinibus directio quædam profecta, Axis est dictus, diuisor & discriminator Mundi, Orbem terræ in medietate constituens. Verùm hi vertices, quos immobiles diximus, ita sunt, vt supra caput alter appareat, ex parte Boreæ, qui Septentrionalis vocatur. alter autem Antarcticus, humo tegitur, humidis & Austrinis vaporibus mollis.

BVDÆVS.

PER quos si lineam rectam ab vno ad alterum porrectam intellexeris, quam nonnulli Axem vocitant: erit hæc vtique mundo linea dimetiens, ita vt terram in medio, ambos autem cardines habeat pro terminis. Qui cùm ipsi fixi sint, & immoti: alter eorũ semper sublimis apparet super verticem,

 ad tra-

ad tractum cæli Aquilonarem, ab Vrſa appellatus Arcticus. At infra terram alter ſemper conditus circa tractum Auſtralem, Antarcticus dictus eſt, vt contrarius Arctico.

SCHOLIA.

32. *Directio.*] V. C. *diſcretio*, hoc eſt, linea recta ducta per mediam ſphæram. nam per διϐεῖαν ſignificat γραμμὴν ἀσώματον. quam animo concipimus, Anticam lineam vocabant veteres διάμετρον.

33. *Diſcriminator.*] M S. habet *diſterminator.* vtrunque vt & diuiſor explicat vocem, Διάμετρος. Seneca Natur. Quæſt. lib. 5. cap. 17. Lineam quæ inter aperta & occulta eſt Græci ὁρίζοντα vocant, noſtri Finitorem dixere, alij Finientem. Αξων, ab ἄγω. id eſt, duco dicitur. de quo ita Manilius:

Aëra per gelidum tenuis deducitur axis,
Libratumq; gerit diuerſo cardine mundum.
Sidereus circa medium quem voluitur orbis,
Æternoſq; rotat curſus immotus.

Pag. 389. lin. 1. *In medietate.*] In medio ſcilicet duorum hemiſphæriorum. Aratus,

—ἔχει δ' ἀτάλαντον ἁπάντη
Μεσσηγὺς γαῖαν. Ατάλαντον. i. ἴσην, κατὰ τὸ διάστημα.

Lin. 3. *Supra caput alter.*] ὡς πρὸς ἡμετέραν οἴκησιν vt ait Proclus, hoc eſt, reſpectu noſtri horizontis. Virg. *Hic Vertex nobis ſemper ſublimis,* &c. Nobis id eſt, in noſtro horizonte: iis verò qui alteram plagam terrarum ſub contrario axe habitant, qui ἀντάξονες ſiue ἀντίχθονες vocantur, Antarcticus ſupra caput eſt.

Septen-

Septentrionalis.] ἀρκτικός. Arati ſcholiaſtes vult dictas ἄρκτους, quaſi ἄκρας καὶ κεφαλὰς τοῦ κόσμου. vocatur autem Ἄρκτος etiam Ἄμαξα Homero Ιλ. σ.

Ἄρκτον ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.

Ἄρκτος n. fabulose; ἄμαξα, ob ſimilitudinẽ dicitur.

4. *Humo tegitur.*] Virg. — *at illum*

Sub pedibus Styx atra videt, maneſq́ profundi.

Proclus, νότος, ὁ διὰ παντὸς ἀόρατος ὡς πρὸς τὸν ἡμέτερον ὁρίζοντα. Manilius: ——— *mediuq́ tumores*

Eripiunt terræ cælum, viſuſq́ coërcent.

Aratus: ἀλλ' ὁ μὲν ἐπίοπτος. ὁ δ' ἀντίος ἐκ βορέαο
ὑψόθεν ὠκεανοῖο.

Hom. ἄμμορος λοετρῶν ὠκεανοῖο. Virgilius:

Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

ARISTOTELES.

Οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν, αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες, διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι. πλημμελοῦντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπηλλαγμένην δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην, στοιχεῖον οὖσαν ἕτερον τῶν τεσσάρων, ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον.

APVLEIVS.

S E D *cælum ipſum, ſtellæq́ cæligeræ omniſq́ ſiderea compago, Æther vocatur: non vt quidam putant, quòd igneus ſit & incenſus, ſed quòd curſibus rapidis ſemper rotetur. Elementum verò, non vnum ex quatuor quæ nota ſunt cunctis; ſed longè*

longè aliud, numero quintum, ordine primum; genere diuinum & inuiolabile.

BVDÆVS.

CÆLI porrò ſiderumque ſubſtantiam appellamus ætherem: nõ quidem ideo quòd ignita flagret ipſa, vt aliqui cenſuerunt, plurimum vtique aberrantes circa potentiam illam maximè ab ignea natura abhorrentem: origine verò huius vocabuli inde ducta, quòd ſemper æther currat motu circumductili: cùm ſit illud elementum à quatuor illis diuerſum: tum diuinũ, tum interitus expers.

SCHOLIA.

Lin. 5. *Stellæq; caligera.*] Coluius notat τὸ, *caligera* in Veteribus editionibus non extare. Lipſius legebat, *caligenas*. quæ lectio non malè quadrat cum eo quod vocat Ariſtoteles ἄστρων οὐσίαν, quo videtur innuere ex Ætheris ſubſtantiâ formata aſtra. ideoque ſuâ perpetuâ circumactione optimè Ætheris naturam referre. quem ipſe dictum vult, διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορούμενον.

Κυκλοφορουμένην.] Sphæræ enim ſpatia & loca omnia complectentis, vnus eſt curſus, Rotari.

Numero quintum, ordine primum.] per numerum, intelligit Ætherem non contineri numero quatuor elementorum; Ignis ſcilicet, Aëris, Aquæ & Terræ. Per ordinem, eſſe eum dignitate longè hiſce ſuperiorem.

ARISTOTELES.

Τῶν γε μὴν ἐμπεριεχομένων ἄστρων, τὰ μὲν ἀπλανῆ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ συμπεριστρέφονται, τὰς αὐτὰς ἔχοντα ἕδρας. ὧν μέσος ὁ ζωοφόρος καλούμενος κύκλος, ἐγκάρσιος διὰ τῶν τροπικῶν διέζωσαι, κατὰ μέρος διῃρημένος εἰς δώδεκα ζῳδίων χώρας. τὰ δὲ, πλανητὰ ὄντα, οὔτε τοῖς προτέροις ὁμοιοταχῶς κινεῖσθαι πέφυκεν, οὔτε ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐν ἑτέροις καὶ ἑτέροις κύκλοις· ὥστε αὐτῶν, τὸ μὲν προσγειότερον εἶναι, τὸ δὲ ἀνώτερον.

APVLEIVS.

IAM *astrorum innumerabilis multitudo, partim labitur cum orbis inerranti regione, quam circulorum ambit Signifer, obliquâ complexione circundatus, & signis duodecim illuminatus: partim errantibus stellis, quæ neque priorum motus habent, nec sanè inter se similem & æqualem; sed affixæ diuersis globis, inordinatum, vt sic dixerim, ordinem seruant. aliæque vltra sunt, aliæ citra stellæ.*

BVDÆVS.

EORVM verò siderum quæ intus cohibentur, ea quæ errationis nescia sunt, cum cælo circunferuntur, easdem vtique sedes positusque eosdem tenentia. Quorum medius

dius circulus (cui Signifero nomen eſt) duos per orbes tranſuerſus cælũ cingit: qui, à conuerſionibus ipſius Solis, Tropici quaſi conuerſionales appellati ſunt: in duodecim ille quidem regiones totidem ſignorum diuiſus. At verò quæ erratica dicuntur, nec eadem ipſa celeritate cum prioribus moueri ſuapte natura comparata ſunt, nec inter ſe inuicem, ſed in aliis atque aliis orbibus, ita vt orbium ipſorum partim propius terram accedant; partim ſublime ferantur.

SCHOLIA.

Lin. 5. *Circulorum.*] Mutila, meo iudicio, oratio. addendum enim *medius*, vt reſpondeat τῷ μέσῳ, quod eſt apud Ariſtotelem. ac tametſi id veriſimili coniecturâ conſtare poſſit: malim tamen pro *circulorum*, legere *Circumlator*, hoc eſt, vt veteres Grammatici exponunt, περιφορεὺς quod aptiſſimum eſt ſignifero epitheton, vel potius συνώνυμον. quid enim aliud eſt *Circumlator*, quàm qui ſigna circumfert, hoc eſt Signifer? quem Ariſtoteles vocat ζωοφόρον κύκλον. alij ζωδιακόν. Gloſſæ Veteres Signifer, ζωδιακὸς, Σημειοφόρος. Idem enim ſunt ζώδια quod σημεῖα, quæ Græci Poëtæ τείρεα vocant, παρὰ τὸ εἴρειν, id eſt, ἀγγέλλειν τὰ μέλλοντα, quòd futura pronuncient.

Lin. 13. *Obliquâ complexione circundatus.*] hoc eſt vt Ariſtoteles ait ἐγκάρσιος. quod idem eſt, atque πλάγιος, ἐπικαμπὴς, & λόξιος. vnde & Apollo allegoricus, hoc eſt Sol; quod obliquo per zodiacum curſu

cursu agatur, vel, vt Firmicus loquitur, obliquâ agitatione torqueatur, ἢ ὅτι τὰς λοξὰς (vt Macrobius ex Cleante ait) ἀκτῖνας ἵησι ἐφ' ὑμᾶς. quemadmodum etiam quum oracula edit λοξίας dicitur παρὰ τὴν λοξὴν ἰὰν, id est φωνὴν ἀμφίβολον. quòd obliqua ambiguaq. essent eius responsa. Gloss. vetus λοξίας obliloquis. vbi putarim legendum, obliquiloquus. Sed & hoc omittendum non est, Zodiacum siue Signiferum eleganter ac propriè à Manilio Stellatum baltheum dici.

Sed nitet ingenti stellatus Baltheus orbe.

ab Arabibus eam appellationem mutuatus qui Zodiacum vocant Nitac, id est Baltheum. quem equidem Arabes olim transuersum per humeros gestasse crediderim, vt & hodie. Et omninò hæc forma balthei transuersi, optimè formam Zodiaci præ se fert. Alludit verò etiam Aristoteles ad Balthei siue ζωστῆρος appellationẽ, quum vtitur verbo διέζωσται.

Lin. 14. *Neque priorum motus habent.*] Imo verò prioribus contrarios & aduersos. Manilius,

Signaq; & aduersos stellarum noscere cursus.

Eurip. Thyeste δείξας τῶν ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδόν. Vnde & Poëtæ Græci ἀντιθέοντας ἀλήτας vocant. Epigr. Ἀπλανέες δ' ἑκάτερθε, καὶ ἀντιθέοντες ἀλῆται

Ἀνδρομένης γενεῆς πᾶσαν ἄγουσι τύχην.

Seneca Naturalium Quæstionum libro VII. author est, Democriti tempore nondum comprehensum fuisse Planetarum cursum; & ab Eudoxo primum in Græciam delatum. quod verum est. Nam Plato, Eudoxus & Euripides socij in Ægyptum profecti, ab Ægyptiis didicerunt, & primi Græcos populares suos id docuerunt.

Lin.

Lin.16. *Inordinatum.*] Si conferantur cum motu totius cæli. Nam ἄτακτον τάξιν, opponit ordini stellarum fixarum ἐν τάκτῳ, & perpetuo inter se simili.

ARISTOTELES.

Τὸ μὲν οὖν τῶν ἀπλανῶν πλῆθος ἐστὶν ἀνεξεύρητον ἀνθρώποις, καίπερ ἐπὶ μιᾶς κινουμένων ἐπιφανείας τῆς τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ. τὸ δὲ τῶν πλανήτων, εἰς ἑπτὰ μέρη κεφαλαιούμενον, ἐν τοσούτοις ἐστὶ κύκλοις ἐφεξῆς κειμένοις, ὥστε ἀεὶ τὸν ἀνωτέρω, μείζω τοῦ ὑποκάτω εἶναι, τούς τε ἑπτὰ ἐν ἀλλήλοις περιέχεσθαι, πάντας γε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν ἀπλανῶν σφαίρας περιειλῆφθαι.

APVLEIVS.

QVÆ *propter naturam eiusmodi nullis creduntur erroribus vagæ, & infinitos numero greges ducunt, & simplex ætheris dorsum almâ & sacratâ lucis amænitate coronant. Septem verò Deorum illustres, totidem orbibus affixæ sunt, & gradatim sibimet superlatæ, vt superior inferiore sit maior, ac vicißim mutuis adhæsionibus nexæ, complexu illius orbis qui Inerrabilis dicitur, continentur.*

BVDÆVS.

ET statariorum quidem numerus iniri prorsus nequit ab hominibus: tametsi omnia eadem

eadem in ſuperficie moueantur, quæ vnica eſt totius cæli. At verò errabundorum numerus ſeptenario collectus, in totidem orbibus ſitus eſt, deinceps ſubſtitutis: ita vt ſubinde inferior ſuperiore minor ſit, ſeptemque orbes ſeſe complectentes inuicem atque coërcentes, à globo denique ſiderum inerrantium comprehendantur.

SCHOLIA.

Lin. 17. *Quæ propter.*] Vitioſa diſpunctio in excuſis exemplaribus ſententiam turbat. Proximè enim præcedens dictio *Stellæ* huc reuocanda, & citra vllam diſtinctionis notam ita legendum, *Stellæ quæ propter*, &c. clauſâ periodo poſt *citra*.

Lin. 19. *Greges ducunt.*] τὸ πλῆθος. id eſt, multitudinem quam poëtæ frequenter ϛρατὸν vocant, Apuleius Greges vocat. Græci ἀγέλας. interdum etiam ſimili planè catachreſi ἔθνεα ἰχθύων.

Ibid. *Simplex Ætheris dorſum.*] Ariſtoteles, ἐπὶ μιᾶς ἐπιφανείας. in vnâ eademque ſuperficie. μιὰν, vertit Apuleius ſimplicem, hoc eſt vnam. Sic Horatius, *Plus vice ſimplice.* quod Græci ἁπλῶ vocant, propriè admodum. Nam ſimplex ſiue ἁπλοῦν eſt quaſi ἄπελον, ſiue μόνον πέλον, id eſt, quod vnum ac ſolum exiſtit. ita vt hîc particula α in compoſitione ſignificet μόνον. vt in Αμάζονες, hoc eſt μονομάζονες, vnica mammillâ præditæ. ἐπιφάνειαν verò Apuleius eleganter, imitatione Græcorum quorum eſt ſtudioſiſſimus, vertit *Dorſum.* Ita enim Græci νῶτα θαλάσσης. & πεδιάδος, maris & campi dorſum, id

 eſt, ſuper-

eſt, ſuperficiem vocant. Simili metaphorâ ἰσθμοὺς *fretorum ceruices* vocat.

Coronant.] Græcanica phraſis. Hom.

ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.

Lin. 21. *Septem verò Deorum illuſtres.*] Cod. MS. legit, *Deorum nominibus illuſtres.* quam lectionem Aldina etiam & Veneta editio agnoſcit. & rectè. Pendet enim alioqui ſententia.

Ibid. *Gradatim.*] Ariſtoteles ἐφεξῆς. hoc eſt conſequenter vt ita dicam, ac veluti quadam graduum & interuallorum proportione. Bud. vertit, *Deinceps*, minus ſignificanter. Elegantiſſimè Apuleius *Gradatim*, id eſt, βαθμηδὸν vel κατὰ βαθμόν. eadem ferè ratione quâ in gradibus Theatrorum infimus minimum ἡμικύκλιον facit, proximus maiorem ambitum primo, tertius maiorem ſecundo. atque ita deinceps ad ſummum.

ARISTOTELES.

Συνεχὴ δὲ ἔχει ἀεὶ ταύτην τὴν θέσιν, ὁ τοῦ Φαίνοντος ἅμα καὶ Κρόνου καλούμενος κύκλος. ἐφεξῆς δὲ, ὁ τοῦ Φαέθοντος, Διὸς λεγόμενος. εἶθ' ὁ Πυρόεις ὁ Ηρακλέους τε καὶ Αρεος προσαγορευόμενος. ἑξῆς δὲ ὁ Στίλβων, ὃν ἱερὸν Ερμοῦ καλοῦσιν ἔνιοι, τινὲς δὲ Απόλλωνος. μεθ' ὃν ὁ τοῦ Φωσφόρου, ὃν Αφροδίτης, οἱ δὲ Ηρας προσαγορεύουσιν· εἶτα ὁ ἡλίου, καὶ τελευταῖος ὁ τῆς σελήνης μέχρι τῆς γῆς ὁρίζεται. ὁ δὲ αἰθὴρ, τά τε θεῖα ἐμπεριέχει σώματα, καὶ τὴν τῆς κινήσεως τάξιν.

APVLEIVS.

HIC Phænonis globus, quem appellamus Saturnum. post quem Phaëthon secundus est, quem Iouis dicimus. & loco tertio Pyroïs, quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant. Hanc sequitur Stilbon, cui quidam Apollinis, ceteri Mercurij nomen dederunt. Quintus Phosphorus, Iunonia, imò Veneris stella censetur. Deinde Solis est orbis. & vltima omnium Luna, altitudinis ætheriæ principia discriminans: quæ diuinas & immortales viuacitates ignium pascens, ordinatis ac semper æqualibus inuectionibus soluitur ac reperatur.

BVDÆVS.

HVIC porrò globo contiguam habet semper posituram, Phænontis simul & Saturni circus dictus. cui proximus est Phaëthontis: qui & Iouis appellatur. Post hunc sequitur Pyrois: Herculis idem Martisque appellatus. Ab hoc rursus est Stilbon: qui sacer Mercurio esse creditur: à nonnullis etiam Apollini. Secundùm quem Luciferi orbis est: quem Veneris nonnulli orbem, quidam Iunonis vocant. Ab eo est orbis Solis: & denique Lunæ, nobis citimus, ad terram vsque fines suos proferens. Æther verò cùm diuina contineat corpora, ratas etiam vices motuum complectitur.

SCHOLIA.

Lin.24. *Hic Phænonis globus.*] Iul. Firmicus lib.2. cap. 2. *Has Stellas non eodem nomine quo nos aut Græci, aut Ægyptij nominant. Nam qui à nobis Saturnus dicitur, ab Ægyptiis* φαίνων vocatur, &c.

Porrò ſeptem Planetarum numerum Vetus poëta Græcus vno verſu complexus eſt:

μήνη, ζεὺς, ἄρης, παφίη, κρόνος, ἥλιος, ἑρμῆς.

Manilius: *Sunt alia aduerſo pugnantia ſidera mundo,*
Quæ cælum, terramq́; inter volitantia pendent,
Saturni, Iouis, & Martis, Soliſque. ſub illis
Mercurius Venerem inter agit, Lunamq́; locatus.

Lin. 31. *Diſcriminans.*] V. C. *diſterminans.* Vide ſuprà.

Lin. 32. *Soluitur atque reperatur.*] Incrementa & decrementa Lunaria intelligit. Catullus, *Damna tamen celeres reparant cæleſtia Lunæ.* Inuectiones verò, vocat Apuleius εἰσφορὰς, Lucis ſcilicet ſolaris. Iul. Firmicus frequenter deuectiones & defluxiones Lunæ vocat.

Diuinas viuacitates ignium.] τὰ θεῖα σώματα.

ARISTOTELES.

Μετὰ δὲ τὴν αἰθέριον καὶ θείαν φύσιν, ἥντινα τεταγμένην ἀποφαίνομεν, ἔτι δὲ ἄτρεπτόν τε καὶ ἀνετεροίωτον καὶ ἀπαθῆ, συνεχής ἐστιν ἡ δι' ὅλων παθητή τε καὶ τρεπτή, καί, τὸ σύμπαν εἰπεῖν, φθαρτή τε καὶ ἐπίκηρος. ταύτης δὲ αὐτῆς, πρώτη μέν ἐστιν ἡ λεπτομερὴς καὶ φλογώδης οὐσία, ὑπὸ τῆς αἰθερίου

φύσεως

φύσεως πυρουμένη, διὰ τὸ μέγεθος ἀυτῆς, καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς κινήσεως.

APVLEIVS.

Post *eam verò pars est, quæ sancti Ætheris finibus coërcetur, cuius mensu appensuq; distincta est natura immutabilis regio & mortalis, ac iam penè terrena. cuius primæ sunt partes tenuiores & vaporatæ, quippe cum finitimis Ætheris attingantur ardoribus,* [quantum maximis parua, & quantum rapidis possunt pigriora contingi.]

BVDÆVS.

At verò æthereæ diuinæq́. naturæ, quam certa lege constare demonstrauimus constitutisque vicibus, mutabilitatis etiam immunem, atque in aliam aliamque speciem conuersionis: cōfinis est natura patibilis prorsus & vertibilis, atque (vt in vniuersum dicam) solubilis, & obnoxia. Cuius etiam ipsius principia obtinet substantia tenuitate particularum prædita, flammulisque ignita: quas æthera natura magnitudine sua excitat, & motus celeritate.

SCHOLIA.

Pag. 390. *Post eam verò pars est.*] Hoc est, post Lunam statim sequitur pars Mundi Elementaris. Si verò legamus, vt Codex meus MS. habet,

Post eam verò partem, ſententia pendet, niſi poſt ſequentia illa verba, *quæ ſancti Ætheris finibus coërcetur*, adiiciamus hæc, *natura elementaris exiſtit*. planè ex mente Ariſtotelis: qui hoc apertè ſtatuit. incorruptibili naturæ Ætheris proximam eſſe naturam paſſioni alterationique obnoxiam. hoc eſt Elementarem. cuius quidem naturæ Elementaris ſummum ætherique maximè vicinum locum occupat τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὃ λέγομεν πῦρ. vt Ariſtotelis verbis Meteor. lib. 1. cap. 4. vtar; hoc eſt, calidum & ſiccum, quod vocamus Ignem. Naturam itaque igneā ſiue φλογώδη rectiùs id appellauerimus, quàm Ignem. Nam vt eodem loco teſtatur Ariſtoteles, ἀνώνυμον τὸ κοινόν ἐστι πάσης τῆς καπνώδους διακρίσεως. ὅμως δὲ διὰ τὸ μάλιστα πεφυκέναι τὸ τοιοῦτον ἐκκαίεσθαι τῶν σωμάτων, οὕτως ἀναγκαῖον χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασι: quod interpres Argyropyli ita vertit, *Siquidem nomine vacat, & cuilibet humidæ ſecretioni competit*. quæ quidem verſio in Ariſtotele illo Græcolatino qui anno 1590. prodiit, hæret. cùm ita potius, meo quidem iudicio, vertendum fuiſſet, *Siquidem id quod eſt commune cuiuis fumidæ ſecretioni proprium nomen non habet*.

Veritus itaque etiam Apuleius: id quod Ætheri proximum eſt, Ignem appellare, Partem vocauit, Mundi ſcilicet; Vbi verò Ariſtoteles ait, μετὰ δὲ τὴν αἰθέριον καὶ θείαν φύσιν, ἥν τινα τεταγμένην ἀποφαίνομεν. quod Bud. vertit, *quam certa lege conſtare demonſtrauimus, conſtitutiſq; vicibus*, non male pro τεταγμένην legerimus, τεταμένην, id eſt, extenſam. Hebræi enim Rakia vocant expanſionem ſiue extentionem cæli; tametſi etiam τεταγμένην retinere poſſimus. Nam & Ariſtoteles alibi in Meteoris, Æthercam illam

regionem

regionem εὔτακτον, Elementarem ἄτακτον vocat. Si verò retinemus τὸ τεταγμένῳ; verterim *Ordinatam*.

Lin. 2. *Natura immutabilis regio & mortalis.*] Mouit hic locus nonnullis difficultatem, legentibus τὸ *natura* nominandi casu; atque ita statuentibus periodi notam post *immutabilis.* cumque in nonnullis editionibus pro *regio* legatur *Origo*, sequentem dictionem *&* mutandam censent in *ei.* atque ita legunt; *Origo ei mortalis*: Hoc sensu; Naturam immutabilem hoc est ætheriam, originem suam habere à mortali natura. respectu nimirum eius quod paulò antè dixit Apuleius, diuinas & immortales viuacitates ignium cælestium à Luna pasci. quod tamen, vt est adiectum ab Apuleio, ita est præter mentem Aristotelis.

Ego in verbis Apuleij nihil desidero, neque quicquam mutandum censeo. Sententia enim est planissima; Elementaris scilicet regionis supremam partem igneam, dispescere ac disterminare regionem suâ naturâ immutabilem, à mortali, ac pæne terrenâ. Naturam enim illam Ætheri substratam φθαρτὴν καὶ ἐπίκηρον vocat Aristoteles, ob varias passiones alterationesque quibus est obnoxia, vt supra Æthera, στοιχεῖον ἕτερον τῶν τεσσάρων, ἀκήρατον τε καὶ θεῖον. vbi τὸ ἀκήρατον Apuleius vertit, *inuiolabile*. hic verbo τὸ ἐπίκηρον, *mortale*, siue σαθρόν.

Lin. 3. *Cuius prima sunt partes tenuiores.*] Primas partes vocat, supremum regionis Elementaris. Aristoteles Meteor. lib. 1. cap. 7. ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν τοῦ κόσμου τοῦ περὶ τὴν γῆν, ὅσον ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον ἐστὶ φορὰν, ἐστὶ τὸ πρῶτον μέρος, ἀναθυμίασιν ξηρὰν καὶ θερμήν.

Ἐν δὲ τῇ πυρώδει καὶ ἀτάκτῳ λεγομένῃ, τά τε σέλα διάττει, καὶ φλόγες ἀκοντίζονται, καὶ δοκίδες, καὶ βόθυνοι, καὶ κομῆται λεγόμενοι στηρίζονται, καὶ σβέννυνται πολλάκις.

APVLEIVS.

Sed ex ea parte quâ curriculis finitimi inuritur Solis, eiaculari atque emicare flammæ quædam, ostendere se oculis nostris videntur; quas Græci Cometas, & Docidas, & Bothynos appellant, quasque labi & fluere frequenter videmus, lucere, faciliusque restingui.

BVDÆVS.

Iam verò in natura ipsa ignita, eadémque incondita appellata atque incomposita, tum fulgores emicant, & iacula traiiciuntur flagrantia, tum trabeculæ, foueæ, & crinitæ fixæ visuntur, & sæpè restinguuntur.

SCHOLIA.

Lin. 7. *Inuritur.*] V.C. legit, *nutritur.* minus meo iudicio rectè.

Lin.8. *Emicare.*] V.C. addit, *& scintillare.* Emicare verò propriè explicat vim verbi διάττειν, id est, ὁρμᾶν. Rectè verò hæc duo coniunxit. Scintillantes enim emicant eiusmodi cælestes fulgores & flammæ, quod eleganter describit Homerus Iliad. δ. vbi cùm ἀστέρα λαμπρὸν hoc est ἀστεροειδές τι noctu emicare

care ait, ναύτῃσι τέρας, addit, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀποσπινθῆρες ἵενται. quod idem est atque scintillare.

Ibid. *Ostendere se oculis.*] Lege cum Vetere meo Codice *Ostensa oculis, &c.*

Lin. 9. *Cometas, & Docidas, & Bothynos.*] Crinitæ, Trabes, & Scrobes Latinis dicuntur. de quibus vide Senecam Natur. Quæst. lib. 1. cap. 15.

11. *Faciliusq; restingui.*] Seneca, *Hi fulgores dicuntur, quia breuis facies illorum & caduca est.* Et Apul. ipse infra: *Sed plerunque luces istæ repentinò ortæ statim occidunt.*

ARISTOTELES.

Ἑξῆς δὲ ταύτης ὁ ἀὴρ ὑποκέχυται, ζοφώδης ὢν καὶ παγετώδης τὴν φύσιν. ὑπὸ δὲ κινήσεως λαμπόμενος ἅμα καὶ διακαιόμενος, λαμπρότερός τε γίνεται καὶ ἀλεεινός. ἐν δὲ τούτῳ καὶ αὐτῷ τῆς παθητῆς ὄντι δυνάμεως, καὶ παντοδαπῶς ἀλλοιουμένῳ, νέφη τε συνίσταται, καὶ ὄμβροι καταῤῥάσσουσι, χιόνες τε καὶ πάχναι, καὶ χάλαζαι. πνοαί τε ἀνέμων καὶ τυφώνων, ἔτι τε βρονταὶ, καὶ ἀστραπαὶ, καὶ πτώσεις κεραυνῶν, μυρίων τε γνόφων συμπληγάδες.

APVLEIVS.

EXINDE *inferioris Aeris qualitas turbidior infunditur, cui permistus est glacialis rigor. sed superioris viciniâ claritatis & propinqui caloris afflatu nitescit, ac sinceriore interdum luce*

 vestitur.

vestitur. Huius sæpe mutabilis conuertitur species: cùm sit naturâ variabilis, in nubes cogitur, & reciprocis flabris aperitur, & imbribus vehementibus rumpitur. niuibus etiam & glacie inhorrescit, & præcipiti grãdine desuper verberatur, turbine, flatibus, typhonisq́; conflictu fit procellosa. Sed telis fulminum, & missilium iaculis ignescit.

BVDÆVS.

HANC naturam excipit aër illi substratus: suopte ille quidem ingenio, caligine & gelu permixtus, cæterùm illustratus agitatione atque succensus, vnde calorem concipit, & claritatem. In hoc autem ipso vim patibilem sortito, omnifariamq́ue in aliam aliamq́ue naturam commeare naturâ comparato, nubes concrescunt, imbres cum strepitu decidunt, niues, pruinæ, & grandines: flatus etiam ventorum tempestatumq́. cientur: simul tonitrua & fulgetra existunt, fulmina inde casitant: sexcentæ denique ibidem conflictationes aëriæ opacitatis fiunt.

SCHOLIA.

Lin. 11. *Qualitas turbidior.*] τὸ ζοφῶδες, vertit *turbidum* & opponit τῷ λαμπρῷ. id est nitido. Gloss. Vetus. Nitet λάμπει, σίλβει. glaciale verò, ἀλεξινῶ. Est enim propriè ἀλέα Calor siue tepor in locis apricis.

Lin. 15

Lin. 15. *Naturâ variabilis.*] MS. codex habet *naturâ vitiabili.* Ita ſuprà Ætherem, Inuiolabilem vocauit, quem Ariſtoteles ἀκήρατον dixit.

16. *Imbribus.*] V. C. *nimbis*, & quidem rectius.

17. *Inhorreſcit.*] φρίσσει.

19. *Fit procelloſa.*] ita interpretatur τὸ συμπληγάδες. vt ſunt procellæ quæ ex Symplegadum conflictu excitantur.

ΚΕΦΑΛ. γ.

Περὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης φύσεως καὶ θέσεως.

Ἑξῆς δὲ τῆς ἀερίας φύσεως, γῆ τε καὶ θάλασσα ἐρήρεισται, φυτοῖς βρύουσα καὶ ζώοις, πηγαῖς τε καὶ ποταμοῖς· τοῖς μὲν, ἀνὰ γῆν ἑλιττομένοις, τοῖς δὲ, ἀνερευγομένοις εἰς θάλασσαν. πεποίκιλται δὲ καὶ χλόαις μυρίαις, ὄρεσί τε ὑψηλοῖς, καὶ βαθυξύλοις δρυμοῖς, καὶ πόλεσιν, ἃς τὸ σοφὸν ζῶον ἄνθρωπος ἱδρύσατο, νήσοις τε ἐναλίαις, καὶ ἠπείροις.

CAPVT III.

De terræ ac maris natura & ſitu.

APVLEIVS.

Aëri terra coniungitur, eaque in ſe ſuſcipit maria, hæc frequentatur animantibus. Hæc ſiluarum viriditate veſtitur, hæc fontium perennitate recreatur. hæc fluminum frigidos lapſus,

nunc

nunc erroribus terrenis vehit; modo profundo in mari confundit. eadem infinitis coloribus floret: altitudine montium, camporumq́ æqualitate, nemorum opacitate variatur: ſinuoſis inflexa littoribus, diſtincta inſulis, villulis vrbibuſq́ collucens, quas ſapiens genus homo communibus vſibus fabricauit.

BVDÆVS.

Ab aëria porrò natura, Terra protinus & Mare ſitum habent fixum & affirmatum: ſtirpibus illa quidem animantibuſque ſcatens: fontibus etiam & fluminibus, partim per ipſam lapſus ſuos implicantibus, partim aquas ſuas in mare eructantibus. Inſuper ipſa diſtincta ſimul innumerarum herbarum indidem enaſcentium varietate, fructificantiumque ſimul montium verticibus, nemorum opacitatibus, vrbiumque frequentia, quas animantes ſapientiæ participes, homines ſcilicet, condiderunt: inſuperque inſulis maritimis, atque continentibus.

SCHOLIA.

Lin. 23. *Erroribus terrenis vehit.*] Interpretatur Apuleius verbum quod vſurpat Ariſtoteles ἑλίσσεσθαι id eſt, συστρέφεσθαι. obliquè & tortuosè volui. Apoll. Arg. 2. ἑλίσσεται εἰς ἅλα. obliquè voluitur in mare. Vnde & ἕλικες βόες καὶ ταῦροι. παρὰ τὸ ἑλίσσειν τοὺς πόδας

ἐν τῷ

ἐν τῷ προσώπῳ. Quin & flumina ipſa taurina effigie pingi ſolita, partim ob impetű curſus, partim quòd obliquo curſu cornua taurina imitentur. Vnde & Virgilio Curua flumina dicta.

24 *Profundo in mari confundit.*] Interpretatur τὸ, ἐρεύγεσθαι. Eructare enim dicuntur flumina in mare. Siquidem & os eis, ſiue fauces tribuuntur. quas Græci στόματα vel ἐκβολάς (cùm tamen potius ſint εἰσβολαί dicendæ) appellant. Homerus ποταμοῦ στόμα καλλιῤῥόου. Et Virgilius de Nilo,

Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora.

Et Georg. 4. ——*Caua flumina ſiccis Faucibus.*

Vetus codex, pro eo, quod excuſa exemplaria habent, *profundo in mari*, legit *in maria.*

25. *Camporum æqualitate.*] Vet. cod. *æquore*, id eſt ὁμαλότητι.

26. *Sinuoſis inflexa littoribus.*] ἀγλαῖς. Amæniis, vt ſupra.

28 *Fabricauit.*] Vet. cod. *fabricatur.*

ARISTOTLES.

Τὴν μὲν οὖν οἰκουμένην ὁ πολὺς λόγος εἴς τε νήσους, καὶ ἠπείρους διεῖλεν, ἀγνοῶν ὅτι καὶ ἡ σύμπασα, μία νῆσός ἐστιν, ὑπὸ τῆς Ἀτλαντικῆς καλουμένης θαλάσσης περιῤῥεομένη. πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας εἰκὸς τῆσδε ἀντιπόρθμους ἄπωθεν κεῖσθαι τὰς μὲν, μείζους αὐτῆς, τὰς δὲ ἐλάττους. ἡμῖν δὲ πάσας, πλὴν τῆσδε, ἀοράτους. ὅπερ γὰρ αἱ παρ' ἡμῖν νῆσοι πρὸς ταῦτα τὰ πελάγη πεπόνθασι, τοῦτο ἥδε ἡ οἰκουμένη

πρὸς τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν, πολλαί τε ἕτεραι πρὸς σύμπασαν τὴν θάλασσαν. καὶ γὰρ αὗται μεγάλαι τινὲς εἰσὶ νῆσοι, μεγάλοις τισὶ περικλυζόμεναι πελάγεσιν.

APVLEIVS.

NEC sum nescius plerosque huius operis auctores Terrarum orbem ita diuisisse: partem eius Insulas esse, partem verò continentem vocari: nescij omnes, hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coërceri, insulámque hanc vnam esse cum insulis suis omnibus. Nam similes huic alias, & alias minores circumfudit Oceanus, quæ tamen meritò videntur ignotæ: cùm ne hanc quidem, cuius cultores sumus, omnes peragrare poßimus. Nam sicut hæ insulæ interluuntur quæ sunt in nostro mari: ita illæ vniuerso salo fretis latioribus ambiuntur.

BVDÆVS.

ORBEM verò terrarum hominum ferè sermo in insulas diuisit, & cõtinentes, scilicet ignorantium vniuersam ipsam terram insulam esse vnicam, Atlantici maris ambitu circundatam. Multas autem & alias longè quidem illas summotas, sed tamen veluti dirimente freto huic ipsi esse obuersas, non absimile veri est, partim hac maiores, partim

etiam

etiam minores: ſed quarum nulla præter eam ſub proſpectum noſtrum ſita ſit. Nam quod inſulis noſtris accidit vndique vt noſtra maria eas alluant: idem orbi quoq. huic contigit, rationem inſulæ vt obtineat Atlantico mari cinctæ. Complures item alij terrarum orbes eadem poſitura conſtantes, inſulæ naturam habent in vniuerſo mari ſitæ, quod latiſſimè patet: eorumque nonnulli prægrandes, prægrandibus quoque ipſis maribus circunfuſis.

SCHOLIA.

Lin. 31. *Neſcij omnes hanc.*] Locus ab interpunctione, & mutatione vnius literæ vitiatus. Lege itaque cum interpunctione poſt *neſcij*, hoc pacto, *neſcij, omnem hanc terrenam*, &c.

32. *Atlantici maris.*] Cicero Somn. Scip. *Omnis terra quæ à nobis colitur, Atlantico mari, quem Oceanum appellamus, circumfunditur.* Iulius etiam Firmicus ait Atlanticum mare Terræ ſpatium in modum inſulæ, vndarum ſuarum circunfuſione concludere. Tametſi Atlanticum mare veriùs dicitur quod Europam & Africam ab Occidente alluit. quod Ptolemæus δυτικὸν, id eſt, Occiduum vocat. Dionyſ. Alexandrinus ἑσπέριον· Martianus, Veſpertinum: Florus Externum appellat.

Pag. 391. lin. 4. *Ita illæ vniuerſo ſalo.*] V.C. *ita illæ in vniuerſo ſalo.* per *vniuerſum ſalum*, intelligit Mare Atlanticum. Dubitarim verò an legendum

ſit, *in*

sit, *in vniuerso salo*, hoc est, posito sub nostro horizonte. vt significet *obuersum* τὸ ἀντίπορθμον, quod dixit Aristoteles. neque tamen assêuero. Nam Apuleius in sua versione τὸ ἀντὶ ad similitudinem potiùs referre videtur.

ARISTOTELES.

Ἡ δὲ σύμπασα τοῦ ὑγροῦ φύσις ἐπιπολάζουσα κατά τινας τῆς γῆς σπίλους τὰς καλουμένας ἀναπεφυκυῖα οἰκουμένας, ἑξῆς ἂν εἴη τῆς ἀερίου μάλιστα φύσεως. μετὰ δὲ ταύτην ἐν τοῖς βυθοῖς κατὰ τὸ μεσαίτατον τοῦ κόσμου συνερηρεισμένη γῆ πᾶσα καὶ πεπιεσμένη συνέστηκεν, ἀκίνητος καὶ ἀσάλευτος, καὶ τοῦτ᾽ ἔστι τοῦ κόσμου τὸ πᾶν, ὃ καλοῦμεν κάτω.

BVDÆVS.

ENIMVERO humoris vniuersi naturam, finitimam merito esse censeas naturæ animabili & aëriæ: ita vt ipsa innatabunda existere terram faciat, per quasdam saxosas eminentias quas habitabiles vocamus: postquam protinus in imis mundi partibus & summersis, atque in medio maximè mundi vniuersa iam terra stabiliter defixa compressaque ita constitit, vt immota permaneat, atque illabefactabilis. Atque hæc est Mundi vniuersitas, quam infernam appellamus.

SCHOLIA.

Enimuero.] Hæc in Apuleio non leguntur, tam excuſo quàm manuſcripto, non quòd illa ab ipſo præterita eſſe credam, aut neglecta, (magnopere enim ad rem faciunt). ſed quòd ſcribæ vitio ſint omiſſa. Subſtitui itaque hoc loco Budæi verſionem. quæ tamen mihi (pace omnium φιλοβουδαίων dixerim) nequaquam ſatisfacit.

Primum enim cùm vertit, *Ita vt ipſa innatabunda exiſtere terram faciat*, videtur hæc duo ἐπιπολάζουσα & ἀναπεφυκυῖα coniunctim legiſſe. quum ἐπιπολάζουσα potiùs (meo quidem iudicio) ſignificet *Permeans*. Nam ἐπίπολος eſt ὁ μέχρι τέλους πολῶν. At Budæus videtur, cùm vertit *innatabunda*, reſpexiſſe ad τὸ ἐπιπολῆς, cùm ſignificat *In ſuperficie*. quod loquendi genus tractum volunt ἀπὸ τοῦ ἐπιπλεῖν, id eſt ab innatando. qui error, alium ſecum errorem traxit. vt κατά τινὰς σπίλους verteret, *Per quaſdam ſaxoſas eminentias*. quòd ſcilicet *Eminentia* bene reſpondeat cum *Innatabunda*. At verò potius *concauitates* vertendum erat. Ita enim vocantur σπιλάδες πέτραι, non eminentes, ſed concauæ. Euſtath. Ιλ. ε. σπιλάδες, πέτραι εἰσὶ κοῖλαι, διερρισμέναι τῇ συνεχεῖ τῶν κυμάτων πλήξει. quò fit vt apud Heſych. voce σπιλάδες pro περιεχόμεναι legendum putem διερρισμέναι. Præterea Bud. τὰς καλουμένας οἰκουμένας coniungit cum σπίλους, vertẽs *per quaſdam ſaxoſas eminentias, quas habitabiles vocamus*. cùm & Generis ratio in σπίλους τὰς, &c. manifeſtè repugnet; & Eminentiæ petrarum non ſint habitabiles. cumque potiùs hæc ſit conſtructio: ἡ δὲ σύμπασα τοῦ ὑγροῦ φύσις, ἐπιπολάζουσα κατά τινας τῆς γῆς σπίλους ἀναπεφυ-

κῦτα τὰς καλυμένας οἰκυμένας hac ſententiâ: *Vniuerſa autem Humidi natura* (ita enim malim vertere τὸ ὑγρὸν, quàm Humorem) concauitates quaſdam Terræ permeans, Habitabiles, ita dictas, producens atque efformans, Aëriæ deinceps maximè naturæ fuerit. vt οἰκυμένας plurale ſit ab οἰκυμένη cum Orbem terrarum, vel ſubſtantiuè Habitalem ſignificat: vt Homerus σταφυλήν τε καὶ ὑγρήν. Significat itaque Ariſtoteles, humidam naturam, ſummâ ſui parte proximam eſſe Aëriæ naturæ. quemadmodum ſupra dixit; ſupremam Aëris partē, proximam eſſe Ætheri, facileque ab eo accendi. Notandum verò eſt, Ariſtotelem in deſcriptione regionis Elementaris, non apertè appellare Ignem, Aërem, Aquam. ſed πυρώδη φύσιν. ἀέριον φύσιν & τῆ ὑγρῆ φύσιν. quòd nimirum ſingula Elementa extremis ſui partibus, ſummâ nimirum & imâ, affinitate quadam inter ſeſe implicantur. Quid verò per Animabilem naturam velit Budæus, non intelligo.

ARISTOTELES.

Πέντε δὴ στοιχεῖα ταῦτα ἐν πέντε χώραις σφαιρικῶς ἐγκείμενα, περιεχομένης ἀεὶ τῆς ἐλάττονος τῇ μείζονι, λέγω δὲ, γῆς μὲν ἐν ὕδατι, ὕδατος δὲ ἀέρι, ἀέρος δὲ ἐν πυρὶ, πυρὸς δὲ ἐν αἰθέρι, τὸν κόσμον ὅλον συνεστήσαντο. καὶ τὸ μὲν ἄνω, θεῶν ἀπέδειξαν οἰκητήριον, τὸ κάτω δὲ, ἐφημέρων ζώων. αὐτοῦ γε μὴν τούτου, τὸ μὲν ὑγρόν ἐστιν, ὃ καλεῖν ποταμοὺς καὶ νάματα καὶ θαλάσσας εἰθίσμεθα, τὸ δὲ

ξηρὸν

ξηρὸν, ὃ γῆν τε, καὶ ἠπείρους, καὶ νήσους ὀνομάζομεν.

APVLEIVS.

ELEMENTORVM *inter se mutui nexus artis affinitatibus implicantur, & quinque coniuges copulæ his ordinatæ vicibus attinentur, vt adhæreant etiam grauioribus leuiora. Aquam in se habet Tellus: & Aqua, vt alij putant, vehit terram: Aër ex aqua gignitur: Ignis ex aëria densitate conflatur. Æther vicißim, ignesq́ue illi immortalis Dei viuacitate flammantur. Huius diuini ignis origine incensi, per totius Mundi conuexa illustribus facibus ignescunt superna.*

BVDÆVS.

QVINQVE igitur hæc elementa in regionibus totidem globose incubantia, mundum ipsum ita totum coagmentarunt, minor vt deinceps atque minor regio à maiore cohibeatur: terra (verbi gratia) vt ab aquæ globo, aqua ab aëris, hic ab ignis, ab ætheris denique globo ignis coërceatur: cùm interim supremam regionem, Deorum fecerint domicilium: infimam, animalium in diem victitantium. Huius porrò id quod liquore constat, flumina & scaturigines & maria vocare consueuimus: quod aridum est, terram & continentes insulasque nominamus.

SCHOLIA.

Elegantiſſimè illuſtrat admirandam totius vniuerſi partium inter ſe connexionem; quam Homerus allegoricè per Catenam illam è cælo in terras dependentem deſcripſit Iliados VIII. tametſi Plato per eam Solem intelligi vult.

Pag. 391. lin. 13. *Igneſcunt ſuperna.*] Locus corruptus. Quiuis enim videre poſſit, diſcrepare inter ſe generibus, *incenſi* quod præceſſit, *& Superna.* Rectiſſimè itaque codex meus M S. qui poſt *igneſcunt* periodi notam ponit: atque ita deinceps legit, *Superna quapropter Dij ſuperi ſedes habent*: optimo ſenſu. Superna enim vocat, τὰ ἄνω, vt etiam Infima, τὰ κάτω. quæ ſuperna, (neque enim adiiciendum eſt, loca) Dij Superi (ad differentiam τῶν ὑποχθονίων) ſedes habent, hoc eſt inhabitant. Neque eſt quod quenquam moueat aduerbium *Quapropter*, non ſuo, vt alicui videri poſſit, loco poſitum. cùm vſitatius ſit ab eo periodum ordiri. Familiaris enim Apuleio hic loquendi modus.

14. *Infima ceterorum animantium terrena poſſident.*] Codex meus M S. adiicit *genera.* quod quidem ſenſum pleniorem reddit, præcipuè ſi poſt *infima*, ſubiungas, notam interpunctionis.

Ibid. *Et erumpunt.*] Locus manifeſtè mutilus. Senſus enim ipſe notat deſiderari aliquid. quo pacto enim hæc inter ſe cohæreant, *Infima poſſident. & erumpunt?* &c. Lege itaque veteris mei exemplaris beneficio, *per quæ ſerpunt, & erumpunt, & ſcatent, flumina, fontes, & maria. vt* τὸ *Serpunt* ad flumina; τὸ *erumpunt*, ad fontes: τὸ *ſcatent*, ad maria referri poſſit. ta-

ſit. tametſi non ignoro, Scaturigines propriè Fontium eſſe. Græcis πομφόλυγες.

15. *Quæ meatus & lacunas.*] His verbis optimè declarat Apuleius, verba illa Ariſtotelis, ἡ δὲ σύμπασα τοῦ ὑγροῦ φύσις ἀποπλάζουσα κατά τινας τῆς γῆς σπίλους, vt nihil aliud per σπίλους voluerit ſignificatum Ariſtoteles, quàm cæcos quoſdam meatus & potius lacunas in concauitatibus, ſiue vt Apuleius loquitur, gremio terrarum. Pomp. etiam Mela lib. 3. cap. 1. putat depreſſos quoſdam ſpecus eſſe, quo reciproca maria reſidant, atque inde ſe rurſus exuberantia attollant. Seneca etiam lib. Natur. quæſt. 5. cap. 14. Non tota ſolido contextu terra in imum vſque firmatur, ſed multis partibus caua & cæcis ſuſpenſa latebris, &c. & paulo poſt. Quid ergo? Non illud æquè dabis, eſſe aliquos & ſub terra lacus, & quaſdam aquas ſine exitu ſtagnare?

Notandum verò eſt quantam lucem, quantúmque ornatum Apuleius hoc loco Ariſtoteli attulerit, non interpretem tantùm, ſed paraphraſten ſuo more agens.

ARISTOTELES.

Τῶν τε νήσων, αἱ μὲν εἰσὶ μεγάλαι, καθάπερ ἡ σύμπασα ἥδε οἰκουμένη λέλεκται, πολλαί τε ἕτεραι περιῤῥεόμεναι μεγάλοις πελάγεσιν. αἱ δὲ εἰσὶν ἐλάττους, φανεραὶ δὲ ἡμῖν καὶ ἐντὸς οὖσαι. καὶ τούτων αἱ μὲν ἀξιόλογοι, Σικελία καὶ Σαρδὼ, καὶ Κύρνος, καὶ Κρήτη, καὶ Εὔβοια, καὶ Κύπρος, καὶ Λέσβος.

σβος. αἱ δὲ, ὑποδεέστεραι, ὧν, αἱ μὲν, Σποράδες, αἱ δὲ, Κυκλάδες, αἱ δὲ, ἄλλως ὀνομάζονται.

APVLEIVS.

IPSARVM *verò insularum quæ sunt in nostro mari dignæ memoratu, Trinacria est, Eubœa, Cyprus: atque Sardinia, Creta, Peloponnesos, Lesbos. minores autem aliæ, vt nebulæ quidem, per apertas Ponti sunt sparsæ regiones. aliæ Cyclades dictæ, quæ frequentioribus maribus alluuntur.*

BVDÆVS.

IAM insularum nonnullæ grandes sunt, veluti hæc cuncta habitabilis à nobis iam dicta est, aliæque quas ingentia maria vndis ambiunt circunfluis: aliæ minores, nobis notæ, & intestinæ. Quarum rursus quædam memorabiles, vt Sicilia, Sardinia, Cyrnus, Creta, Eubœa, Cyprus, & Lesbos: quædam longè exiliores, tum Cyclades, tum Sporades, tum aliæ aliis nominibus nuncupatæ.

SCHOLIA.

Lin. 19. *Vt nebulæ quidem.*] MS. cod. meus nunquam satis laudatus, legit *vt nebuli quidam.* quem locum cum aliquando V. CL. I. Lipsio collegæ & amico meo ostendissem, facilè mecum, non tam scribæ quàm æui illius vitium, animaduertit, quo promiscuè literâ B & V consonante vtebantur. vt

vel è

vel è Veteri illo Glossario satis constat, vbi Benenum pro Venenum, Bicani pro Vicani, Bomer pro Vomer reperies. In quo pronuntiationis vitio hodie adhuc hærent Hispani, præcipuè Burgenses. apud quos interdum, non absque risu audiui, sacrificum ita hæc Seruatoris nostri verba peruertentem: Qui mandoucatt mean carnen & viuitt meun sanghinen, bibett in æternoun. Eodem itaque modo etiam hîc scriptum est *Nebuli* pro *Neuuli*. elegantissimâ metaphorâ. à Næuis qui sunt cutis eminentiæ quos veteres ἀκροχορδόνας vocant: nonnulli Latinè Verrucas. quas tamen veteres Græci μυρμηκία vocant. De vtrisque vide Æginetam lib. 4. cap. 28. & Celsum lib. 5. cap. 28.

Lin. 21. *Quæ maioribus maribus alluuntur.*] Vetus meus codex habet, *molibus*. Putarim verò, non incommodè pro *frequentioribus*, legi posse, *feruentioribus*: vt feruētiores motus, vocet Decumanos fluctus quibus Cyclades infestantur. vtpote in Ægeo mari sitæ, quod quidem, vt meus Constantinus Porphyrogenneta describit βαρύπλουν ἐστὶ καὶ δυσπέρατον, καὶ κύματα μακρὰ καὶ ὄρεσιν ἐοικότα ἀνεγεῖρον τοῖς πλέουσιν, εἴτε διὰ τὸ πυκνὸν τῶν νήσων, εἴτε καὶ διὰ τὸ ῥεῦμα τοῦ πόντου τὸ καταβαῖνον εἰς ἄβυδον, καὶ προσερασσόμενον ταῖς νήσοις, μετὰ μεγάλου ῥοιζήματος. Vel si retinemus lectionem *frequentioribus molibus*, per hoc ipsum intelligi potest τὸ πυκνὸν τῶν νήσων. vt metaphoricè Insulas ipsas, Moles maris vocet. Pomponij tamen Melæ locus facit, vt commodissimè legi posse putem, *frequentioribus motibus*. hoc est æstibus marinis. Ita enim ille lib. 3. cap. 1. *Oceanus ingens & infinitum pelagus, & magnis æstibus concitum (ita enim motus eius appellant)*

lant. vt videatur Motus maris appellatio antiquior & notior esse, quàm Æstus.

ARISTOTELES.

Πέλαγος δὲ, τὸ μὲν ἔξω τῆς οἰκουμένης Ἀτλαντικὸν καλεῖται, καὶ ὁ Ὠκεανὸς περιῤῥέων ἡμᾶς. ἐν δὲ τῷ πρὸς δύσιν στενοπόρῳ στόματι διανεῳγώς, κατὰ τὰς Ἡρακλείους λεγομένας στήλας, τὸν εἴσρουν εἰς τὴν ἔσω θάλατταν, ὡς ἂν εἰς λιμένα, ποιεῖται. κατὰ μικρὸν δὲ ἐπιπλατυνόμενος ἀναχεῖται, μεγάλους περιλαμβάνων κόλπους, ἀλλήλοις συναφεῖς· πῆ μὲν κατὰ στενοπόρους αὐχένας ἀνεστομωμένος, πῆ δὲ πάλιν πλατυνόμενος.

APVLEIVS.

MARIA *maiora sunt, Oceanus & Atlanticum, quibus orbis nostri terminantur anfractus. Sed Occiduarum partium mare per angustias oris artatum, in artißimos sinus funditur. & rursus à columnis Herculis refusum, in immensam latitudinem panditur, sæpiusq; coëuntibus terris, veluti quibusdam fretorum ceruicibus procedentibus, & idem rursus cedentibus terris, est immensum.*

BVDÆVS.

PORRÒ autem pelagus quod extra orbem nobis habitatum fusum est, & Atlanticum

ticum dicitur, & Oceanus: à quo ipsi circunluimur: qui in faucibus ipse angustis, quæ vergunt ad Occidentē, veluti via patefacta, qua parte Herculis columnæ vocitatæ sunt, eliso fluxu irrumpens, mare interius efficit: fermè vt dicere eum possis in portum se recipere. Sensim deinde amplior infunditur: sinus interea ingentes complectens inter se contingentes: angustis etiam ceruicibus in fauces sese comprimens, vicissimque latius exspatians.

SCHOLIA.

Lin. 21. *Maria maiora.*] Ita vocat Externa maria, quæ Orbem terræ exterius ambiunt. Diuiditur enim Pelagus εἰς τὴν ἔξω καὶ εἰς τὴν ἔσω θάλατταν.

24. *Artissimos sinus.*] κόλπους. κόλπος autem propriè dicitur θάλασσα ὑπὸ ἀκρωτηρίων περιεχομένη. hoc est, Mare quod est intra promontoria.

25. *A columnis Herculis.*] Ad fretum Herculeum siue Gaditanum, ἀπὸ τῶν γαδείρων à Gadibus ita dictum. Pindarus πύλας γαδειρίδας vocat: Hispani hodie Estrecho de Gibraltar. Plinius, Limen interni maris vocari ait. Veteribus Romanis *Septum* dictum. vnde corruptum nomen Centa. Procopius meus: ἐν δὲ γαδείροις κατὰ θάτερα τῶν ἡρακλέους στηλῶν, ἡ τοῦ πορθμοῦ ἐν δεξιᾷ ἐστὶ κατὰ τὴν λιβύην ἀκτὴ, φρούριον ἦν ποτὲ ΣΕΠΤΟΝ ὄνομα. ὅπερ ἐδείμαντο ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ῥωμαῖοι.

26. *Coëuntibus terris.*] Eodem genere loquendi vtitur Pomponius Mela, inquiens: *Tum longè lateq́;*

diffusum abigit vastè cedentia littora, iisdemq́ ex diuerso prope coëuntibus in arctum cogitur. Hæret vterque in verbis cedendi & coëundi.

27. *Fretorum ceruicibus procedentibus.*] Locus elegantissimus turpissimè fœdatus. Codex meus MS. pro *procedentibus* legit, *premitur*, id est, πιέζεται. quod idem est atque ἀνασομοῦται, id est *artatur*, vel vt Mela ait *In artum cogitur.* Pulcherrimâ verò metaphorâ Fretorum ceruices ἰσθμοὺς vocat. quòd nimirum pectus hominis circa collum & ceruicem in arctum cogatur. ἰσθμίον enim significat τὸν αὐχένα καὶ τράχηλον. & vt annotat Hesychius, τὰ στενὰ μεταξὺ δύο θαλασσῶν. Verbo autem πιέζεσθαι hac significatione, vtitur etiam Procopius, de Syrtibus loquens lib. περὶ κτισμάτων Ἰουστινιανοῦ: Ταύτῃ, inquit, ἡ θάλασσα πεπιεσμένη, τῆς ἠπείρου ἐντὸς τὸν κόλπον ποιεῖται.

Non est autem τὸ *fretorum ceruicibus* coniungendum cum *premitur*; sed cum præcedentibus. vt sit sensus. Cùm oræ terrarum veluti iunctis fretorum ceruicibus coëunt, mare premi, id est artari; cui opponitur τὸ πλατυνέσθαι. quod Apuleius vertit, Immensum est.

ARISTOTELES.

Πρῶτον μὲν οὖν λέγεται ἐγκεκολπῶσθαι ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὰς ἡρακλείους στήλας διχῶς, εἰς τὰς καλουμένας Σύρτεις. ὧν τὴν μὲν, μεγάλην, τὴν δὲ μικρὰν καλοῦσιν. ἐπὶ θάτερα δὲ οὐκ ἔτι ὁμοίως ἀποκολπούμενος, τρία ποιεῖ πελάγη, τό τε Σαρδώνιον, καὶ τὸ Γαλατικὸν καλούμενον,

καὶ

καὶ Ἀδρίαν. ἑξῆς δὲ τούτων, ἐγκάρσιον τὸ Σικελικόν. μετὰ δὲ τοῦτο, τὸ Κρητικόν. συνεχὲς δὲ αὐτῷ, τῇ μὲν, τὸ Αἰγύπτιόν τε καὶ Παμφύλιον καὶ Σύριον, τῇ δὲ, τὸ Αἰγαῖον τε καὶ Μυρτῷον.

APVLEIVS.

PRIMVM igitur Columnis nauigantibus dextros latus duobus sinibus maximus cingitur. quorum primus duas Syrtes habet; alter imparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima diuisus est maria: quorum vnum, Gallicum dicitur; alterum, Africum. quod quidem Aristoteles Sardiniense maluit dicere. tertium, Adriaticum pelagus. His iungitur Siculum, & post Creticum; & indiscretis finibus Pamphylium, Syrium, Ægyptium.

BVDÆVS.

AC primùm quidem insinuari dicitur dextrorsus ab Herculis columnis intrò nauigantibus, circa vtranque Syrtim: alteram earum magnam, paruam alteram vocant. At verò in alteram partem non iam itidem sinuosus inundás, efficit tria maria, Sardoum, Gallicum, & Hadriam. A quibus continuò Siculum sequitur porrectum in obliquum: quod & ipsum excipitur à Cretico. Cretico coniuncta sunt parte altera Ægyptium, Pamphy-

Pamphylium, Syrium: altera Ægeum & Myrtoum.

SCHOLIA.

29. *Dextros latus.*] Talpa cæcior ſit, qui non videat legendum eſſe *dextrum.* neque quicquam muto in *Columnis.* hoc eſt, à Columnis Herculis dextrorſum nauigantibus.

30. *Syrtes.*] Vtriuſque Syrtis formam ſimul & Etymon vocis elegantiſſimè deſcribit Procopius libro περὶ τῶν τοῦ δεσπότου Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων, in hæc verba: Μετὰ δὲ τούτους αἱ Σύρτεις εἰσὶν αἱ μεγάλαι ὠνομασμέναι, ἐφ' οὗ δὲ εἰσι σχήματος αὗται, καὶ ὅτου δὴ ἕνεκα τοῦδε μεταλαγχάνουσι τοῦ ὀνόματος, ἐγὼ δηλώσω. προβέβληταί τις ἐνταῦθα ἠϊὼν, ἀρχομένη δὲ αὐτοῦ τῇ τῆς θαλάσσης ἐπιρροῇ, τῷ τε ῥοθίῳ ἀφανιζομένη, ἀποβαίνειν δοκεῖ, καὶ ἐφ' ἑαυτῆς [leg. ἑαυτὴν] ὑποχωροῦσα, ὀπίσω ἰέναι, ἐς κόλπου [leg. κόλπον] δὲ μηνοειδῆ ἐπὶ μακρότατον τέτραπται. καὶ ὁ ἀρχομένης πλευρᾶς διάπλους, ἐς τετρακοσίους διήκει σταδίους. τὸ δὲ μηνοειδοῦς τὸ περίμετρον ἐς ἡμερῶν ἓξ ὁδὸν κατατείνει. ταύτῃ γὰρ ἡ θάλασσα πεπιεσμένη, τῆς ἠπείρου ἐντὸς τὸν κόλπον ποιεῖται· ἐπειδάν τε ναῦς ἀνέμῳ ἢ κλύδωνι βιαζομένη, τοῦ διάπλου ἐντὸς ὑπὲρ τοῦ μηνοειδοῦς τὴν ἀρχὴν γένηται, τὸ ἐνθένδε αὐτῇ ἐπανιέναι ἀμήχανά ἐστιν. ἀλλὰ συρομένη τὸ λοιπὸν ἔοικε, καὶ διαφανῶς ἐπιπρόσθεν ἀεὶ ἑλκομένη. Καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἶμαι τὸν χῶρον οἱ πάλαι ἄνθρωποι, τοῦ πάθους τῶν νεῶν ἕνεκα, Σύρτεις ὠνόμασαν. οὐ μὴν οὐδὲ διανεῦσαι [fort. διαπλεῦσαι] τοῖς πλοίοις, ἄχρι εἰς τὴν ἠϊόνα δυνατὰ γεγένηται. πέτραι γὰρ ὕφαλοι διακεκληρωμέναι τὰ πλεῖστα τοῦ κόλπου, (ita enim diſtinguendum, non vt excuſa habent exemplaria, diſtinctione poſt πλώϊμα,) πλώϊμα οὐ συγχωροῦσιν ἐνταῦθα εἶναι. ἀλλὰ ἐν τοῖς βράχεσι τὰς ναῦς διαχρῶνται. μόνοις δὲ τοῖς λέμβοις οἱ πλωτῆρες τούτων δὴ νεῶν

οἷοί τέ

οἷοί τέ εἰσι διασώζεσθαι, ἂν οὕτω τύχοι μετὰ κινδύνων τὰς διεξόδους ποιούμενοι.

30. *Imparibus sinuatur figuris.*] Dionysius περιηγητής, quatuor Sinus maris memorabiles statuit, 1. ad Occidentem, à Gadibus in Pamphyliam vsque. 2. ad Septentrionem, Caspium & Hyrcanum. 3. ab Austro siue Austrino mari, Sinum Persicum, qui est è regione Hircanici maris. 4. ad Orientem, sinum Arabicum, qui est oppositus Ponto Euxino.

ARISTOTELES.

Ἀντιπαρήκει δὲ τοῖς εἰρημένοις πολυμερέστατος ὢν ὁ Πόντος. οὗ, τὸ μὲν μυχαίτατον, Μαιῶτις καλεῖται. τὸ δὲ ἔξω πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, συνεστόμωται τῇ καλουμένῃ Προποντίδι. πρὸς χειμερινὴν τὴν ἀνασχέσεσι τοῦ ἡλίου, πάλιν εἰσρέων ὁ Ὠκεανός, τὸν Ἰνδικόν τε καὶ Περσικὸν διανοίξας κόλπον, ἀναφαίνει συνεχῆ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν διειληφώς. ἐπὶ θάτερον δὲ κέρας κατὰ στενόν τε καὶ ἐπιμήκη διήκων αὐχένα, πάλιν ἀνευρύνεται, τὴν Ὑρκανίαν τε καὶ Κασπίαν ὁρίζων. τὸ δὲ ὑπὲρ ταύτην, βαθὺν ἔχει τὸν ὑπὲρ τὴν Μαιῶτιν λίμνην τόπον. εἶτα κατ' ὀλίγον ὑπὲρ τοὺς Σκύθας καὶ Κελτικὴν, σφίγγει τὴν οἰκουμένην, πρός τε τὸν Γαλατικὸν κόλπον, καὶ τὰς προειρημένας Ἡρακλείους στήλας, ὧν ἔξω περιρρέει τὴν γῆν ὁ Ὠκεανός.

APVL.

APVLEIVS.

SED ante Ægæa Myrtoa sunt maria. His sanè vicinus est Pontus, sinus amplissimus maris nostri. cuius extremus recessus in Mæotin senescit, & ex Hellesponti fontibus concipitur, vestibulumq́; eius Propontis vocatur. Ab ortu Solis, Oceanus est, Indicum & Persicum mare conferens. Hinc patescunt finitima Rubri maris, quæ per angustas longinquasq́; fauces in Hyrcanium & Caspium flectuntur: simul vtraque profundæ vastitatis esse maria creduntur. Deinde paulatim Scythicum & Hybernum fretum, & rursum mare per quod Gallicum atque Gaditanas columnas circumnectus Oceanus, Orbis nostri metas includit.

BVDÆVS.

AT Pontus velut antedictis obiectus atque ex aduerso protensus, multis partibus constat. Pars eius in intima penetrans, Mæotis appellatur. Quæ autem ad Hellespontum vergit, in fauces contracta est, quam Propontidem vocant. Rursus ab ortu Solis in orbem terræ exundans Oceanus infert sese velut in medium procedens, Indico sinu Persicoque perfosso finitimũ Mare rubrum intercipiens. Ad alterum autem cornu simul atque oblonga ceruice angustaque penetrauit,

netrauit, rurſus amplificatus, Hyrcaniæ fines Caſpiæque amplectitur. Mare verò quod ſuper Hyrcaniam eſt, vaſtum illum obtinet locum, qui eſt ſuper Mæotin paludem. Tum autem qua parte Scythas Celtaſque complectitur, ſenſim aſtringit orbem terrarum adusque ſinum Gallicum, ſupradictaſque columnas: extra quas Oceanus terram fluctibus ſuis oberrat,

SCHOLIA.

Pag. 392. lin. 5. *Helleſponti fontibus.*] malim legere, *faucibus*, reſpectu ad verbum quo Ariſtoteles vtitur συνεστόμωται; quod & Budæus vertit, *In fauces contracta eſt*. Pomp. Mela: *Qua diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat, vbi primum ſe coarctat, Helles pontus, vocatur: Propontis; vbi expandit.* quod eleganti metaphora Apuleius *Veſtibulum* vocat. Non celabo tamen etiam hoc, in MS. meo Codice legi *Ex Heſponti fonte.* rectius quàm, *Ex fontibus.*

6. *Ab ortu Solis.*] Ariſtoteles, πρὸς τὴν ἀναχέσεσι τοῦ ἡλίου. Propriè enim ἀνίσχειν, vt & ἀνατέλλειν de Sole dicitur, & apud Homerum ἀναχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀναφανῆναι.

Lin. 9. *Flectuntur: ſimul vtraque.*] Locus deprauatus cum à vitioſa diſtinctione, tum verò ab inſigni corruptione duarum vocum, quæ in vnam coaluerant. Claude itaque periodum poſt *ſimul.* vt legas, *flectuntur ſimul.* deinde ita lege: *vltra quæ* (maria ſcilicet Hircanum & Caſpium,) *profunda*, &c.

vt *vltra quæ* explicet illud Aristotelis τὸ δ' ὑπὲρ ταύτην. aperto sensu.

11. *Hybernum fretum.*] V. C. *Hiberum.*

ARISTOTELES.

Ἐν τούτῳ γε μὴν, νῆσοι μέγισταί τε τυγχάνουσιν οὖσαι δύο, Βρετανικαὶ λεγόμεναι, Ἄλβιον καὶ Ἰέρνη, τῶν προϊστορημένων μείζους, ὑπὲρ τοὺς Κελτοὺς κείμεναι. τούτων δὲ οὐκ ἐλάττους, ἥτε Ταπροβάνη, πέραν Ἰνδῶν, λοξὴ πρὸς τὴν οἰκουμένην, καὶ ἡ Φεβὸλ καλουμένη, κατὰ τὸν Ἀῤῥαβικὸν κειμένη κόλπον. οὐκ ὀλίγαι δὲ μικραὶ περὶ τὰς Βρετανικὰς καὶ τὴν Ἰβηρίαν, κύκλῳ περιεστεφάνωνται τὴν οἰκουμένην ταύτην, ἣν δὴ νῆσον εἰρήκαμεν.

APVLEIVS.

SED *in alterâ parte orbis iacent insularum aggeres maximarum, Britanniæ duæ, Albion, & Ierna. quas supra diximus esse maiores. Verùm hæ in Celtarum finibus sitæ sunt. Minores verò, vltra Indos, Taprobana, & Phebol. multæq́ aliæ vrbes admodum sparsæ, hanc nostram insulam, id est, hunc Terrarum orbem, quam maximam diximus, ornamentis suis pingunt, & continuatione, vt quibusdam sertis, coronant.*

BVDÆVS

BVDÆVS.

Qvo ipſo in mari inſulæ duæ ſitæ ſunt quammaximæ, quas Britannicas appellant, Albion & Ierna: iis etiã maiores, quas commemorauimus ſupra Celtas iacentes. Queis tamen ipſis magnitudine nec Taprobane cedit, nec ea cui Phebol nomen eſt. illa ſuper Indos poſita, ſitu ad terrarum orbem inflexo: hæc ad Arabicum ſinum. Sunt etiam non paucæ, ſed exiguæ circa Britannicas & Iberiam, quæ quaſi corona cingunt hunc orbem, hominum domicilium, quem ſuperiùs inſulam eſſe diſſeruimus.

Pag. 14. *Albion & Ierna.*] Cod. M S. *& Lebeone & Hidera.* Super hoc loco ἐπέχω. Sunt qui hunc librum De mundo Ariſtotelis eſſe negent, quòd Hibernia eo tempore fuerit ignota. Sed an hæc inſula quam ἰέρνην hoc loco vocat Ariſtoteles, Ptolemeus ἰουερνίαν, Euſtathius οὐερνίαν, eadem ſit cum hac Apuleij, ambigo.

15. *Quas ſupra diximus eſſe maiores.*] Cod. M S. *quas ſupra ea diximus eſſe maiores.* in vtroque mihi videtur redundare τὸ *eſſe*, vel certè ponenda diſtinctio poſt *eſſe*. Neque enim ſuprà vlla mentio Albij aut Iernæ facta eſt, vt ſit ſenſus: Sed in altera parte orbis iacent Britanniæ duæ, inſulæ maiores iis quas ſupra diximus, hoc eſt, vt Ariſtoteles habet, τῶν προειρημένων μείζους.

16. *Taprobana & Phebol.*] V. Cod. *Bromanæ at-*

 que Zoxæ

que zoxa. Zoxæ corruptum videtur ab eo quod Aristoteles habet λοξή. Apud Stob. legitur φοβερὰ καὶ εὔβοια.

Lin. 16. *Minores vero.*] Putarim legendum, *Haud minores.* Aristoteles οὐκ ἐλάττους.

18. *Hunc terrarum orbem, quam maximam diximus.*] Cod. MS. hoc pacto legit, *Hunc terrarum orbem quam maximum, vt diximus,* &c. quam lectionem magis probarim. aut si priorem retinere libet, τὸ, *quam maximam diximus*, videtur transponendum esse atque ita legendum: *hanc nostram insulam, quam maximam diximus*, id est, *hunc terrarum orbem,* &c. dixit enim suprà, *Omnem hanc terrenam immensitatem Atlantici maris ambitu coërceri, insulámque hanc vnam esse cum insulis suis omnibus.* Hîc itaque, vniuersum orbem terrarum siue omnem hanc terrenam immensitatem, *Insulam maximam* vocat.

ARISTOTELES.

Ης, πλάτος μὲν ἐστι, κατὰ τὸ βαθύτατον τῆς ἠπείρου, βραχὺ ἀποδέον τετράκις μυρίων σταδίων, ὥς φασιν οἱ εὖ γεωγραφήσαντες· μῆκος δὲ, περὶ ἑπτακισμυρίους μάλιστα. διαιρεῖται δὲ εἴς τε Εὐρώπην, καὶ Ἀσίαν, καὶ Λιβύην.

APVLEIVS.

At *enim huius Terræ quam nos colimus latitudo quadraginta, prolixitas septuaginta stadiorum millia tenet. Sed in diuisione terrarum Orbis, Asiam & Europam, & cum his, sicut plures, Africam accipimus.*

BVDÆVS.

Hvivs orbis latitudo quà continens eſt ampliſſima, paulò minus quadraginta millia ſtadiorum patet : vt quidam perhibuerunt auctores rectæ & exquiſitæ geographiæ: longitudo ad ſeptuaginta millia. Diuiditur porrò in Europam, Aſiam & Africam.

SCHOLIA.

Lin. 23. *Et cum his ſicut plures.*] M S. cod. *Vel cum his præterea, vel ſicut plures.*

Sed in diuiſione.] Arctis admodum finibus vniuerſum Terrarum orbem Veteres concluſerunt. Maxima enim illius pars (tametſi aliud nonnulli colligere nitantur ex Platone) ignota ipſis fuit. quod ipſum vel ex Pindaro ſatis liquet, qui Columnas Herculis ad Gades poſitas, finem Maris ſtatuit, vltraque eas *χάος εἶναι, καὶ ζόφον* vt ait Scholiaſtes, *καὶ μηδὲν εἶναι περαιτέρω πλωτόν.* Pindari locus eſt Olympiorum Ode tertia ſub finem: vbi ait Hieronem regem Syracuſarum, ad finem & terminum Virtutis victoria Olympica euectum, & quodammodo ad Columnas Herculis perueniſſe. Eius verba ita habent:

νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θή-
ρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται
οἴκοθεν Ἡρακλέος στηλᾶν. τὸ πόρσω
δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον
κἀσόφοις.

Nam vltra Columnas Herculis Mare non eſſe

nauigabile credidit Antiquitas. adeò vt in Prouerbium abierit, τὰ πέρα Γαδείρων οὐ περατά. quod quidem interpretantur veteres Grammatici ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπέκεινα τούτων ἐλθεῖν. quod ipsum & in Nemeis confirmat Pindarus, inquiens: Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν tametsi, οὐ περατὸν, non solùm significat, *Non peruium*, sed, *Immensum*, id est, nullo termino conclusum. sed hanc veterum opinionem satis confutant Lusitanorum & Hispanorum nauigationes, & insigne illud Caroli V. Imperatoris symbolum, PLVS VLTRA. Quin & Aristoteles De admirandis auditionibus narrat, in mari extra Herculis columnas inuentam fuisse à Carthaginensibus insulam vastam, syluis nemorosam, fluminibus nauigabilibus irriguam, fructibus variis vberem. in quam cùm Carthaginenses multi crebrò commearent, multique etiam ibi sedes figerent, edictum esse promulgatum, si quis illuc deinceps nauigaret, capitalem fraudem fore, quod & excusso dominatu rebellionem illic populi vererentur, & metuerent ne Carthaginis opes collaberentur loci illius opibus conualescentibus. Quibus Aristotelis verbis Americam adumbrati verisimile est. At ne in ipsa quidem partiũ orbis distinctione accuratè satis versati sunt veteres. Ieiuna enim admodũ est tum hæc tum Pōponij Melæ descriptio. qui Mœotide palude, Tanai, & Nilo, in tres partes Vniuersum diuidit.

Recentiores Cosmographi, variis nauigationibus edocti, accuratissimè hanc totius Vniuersi descriptionem, & singularum eius partium in prouincias distinctionem, sunt persecuti. Tabulis scilicet Planisphæricis, & libris quibus eorum quæ iis continentur

nentur rationem explicant. inter quos præcipuè mihi ſatisfacit Ioannes Caſtaldus Pedemontanus. è quibus pleniſſimam totius Orbis cognitionem facilè qui volent conſequi poſſint. Cùm tamen liber ille cui titulum fecit Vniuerſalem deſcriptionem Mundi, & Italicè ſcriptus ſit, neque facilè obuius; non abs re mihi facturus ſum viſus, ſi quas ille prouincias Veteribus prorſus incognitas recenſet, hoc loco insererem.

In Aſia itaque præter alias nouem prouincias ampliſſimas, & decimã quæ eſt in India intra Gangem hodie dictam Indoſtan, & vndecimam in qua enumerat hæc regna, videlicet Regnum de Cardandan, olim Gangani dictum, & Regnum de Macin olim dictum Mæandrum, & Regnum de Bengala olim dictum Baracuro, & regnum de Siam, olim dictum Leſtoro, cum regno de Malaca, quod olim dictum fuit Aurea Cherſoneſus, & maximum illud regnum de China olim Sina dictum. tum verò duodecimam Aſiæ prouinciam facit, Mangi, veteribus planè ignotam. decimam tertiam, Iapaniam, cum inſulis & regnis hodie notis. decimamquartam inſulam Sumatram, quam quidam olim Taprobanam dictam volũt. decimamquintam ingentem multitudinem inſularum Moluccarum, & inſulam Iauæ maiorem & minorem. inſulam etiam Burnei dictam. quarum inſularum veteres nullam vnquam cognitionem habuerunt. Indiam Occidentalem, quam Nouum orbem dicimus, in duas partes diuidit. In Peru, & Nouam Hiſpaniam. Regnum Peruanum diuiditur in ſeptem prouincias: Prima eſt cõmuniter dicta Caſtilla de Oro. Altera,

Paria. Tertia, Quito. quarta Braſilia. quinta, Chilo. ſexta de la Plata dicta. ſeptima, Chineas. Noua Hiſpania diuiditur in prouincias duodecim. Prima eſt, Nicaragua. Secunda, ſanctus Dominicus, alias dicta Inſula Hiſpaniola, & inſula Cuba, cum infinitis aliis inſulis. Tertia, Guatimala. quarta, Mexico de Temiſtitan. quinta, La florida. Sexta, Xaliſco. Septima, Noua Gallecia. Octaua, Noua Francia. Nona, Bacalaos dicta. decima, Canada. vndecima, Ciuola. duodecima, Quiuira. quæ quidem Aſiæ contermina eſt ad Occidentem.

ARISTOTLES.

Εὐρώπη μὲν οὖν ἐστιν, ἧς ὅροι κύκλῳ, στῆλαί τε Ἡρακλέους, καὶ μυχοὶ Πόντου, θάλαττά τε Ὑρκανία, καθ' ἣν στενώτατος ἰσθμὸς εἰς τὸν Πόντον διήκει. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ Τάναϊν ποταμὸν εἰρήκεισαν. Ἀσία δέ ἐστι, τὸ ἀπὸ τοῦ εἰρημένου ἰσθμοῦ, τοῦ τε Πόντου, καὶ τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης, μέχρι θατέρου ἰσθμοῦ, ὃς μεταξὺ κεῖται τοῦ Ἀῤῥαβικοῦ κόλπου, καὶ τῆς ἔσω θαλάσσης, περιεχόμενος ὑπό τε ταύτης, καὶ τοῦ πέριξ Ὠκεανοῦ. τινὲς δὲ, τὸ ἀπὸ Ταναΐδος μέχρι Νείλου στομάτων, τίθενται τῆς Ἀσίας ὅρον. Λιβύη δὲ, τὸ ἀπὸ τοῦ Ἀῤῥαβικοῦ Ἰσθμοῦ, ἕως Ἡρακλέους στηλῶν. οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ Νείλου φασὶν, ἕως ἐκείνων. τὴν δὲ Αἴγυπτον, ὑπὸ τῶν τοῦ Νείλου στομάτων περιῤῥεομένην, οἱ μὲν, τῇ Ἀσίᾳ, οἱ δὲ, τῇ

Λιβύῃ προσάπτουσι. καὶ τὰς νήσους, οἱ μὲν ἐξαιρέτους ποιοῦσιν, οἱ δὲ προσνέμουσι ταῖς γείτοσιν ἀεὶ μοίραις.

APVLEIVS.

EVROPA, *ab Herculis columnis, vsque Ponticum & Hyrcanum mare, ac flumen Tanaim, fines habet. Asia ab iisdem angustiis Pontici maris, vsque ad alias angustias, quæ inter Arabicum sinum, & interioris ambitum pelagi iacet, constringitúrque Oceani cingulo, societate nostri maris. Sed alij, alio modo. vt quidam ab exordio Tanais vsque ad ora Nili, Asiæ terminos metiantur. Africam verò ab isthmo rubri maris, vel ab ipsis fontibus Nili oriri putant, eiusq́ in Gaditanis locis fines esse. Sed ipsam Ægyptum plerique Asiæ, plures Africæ adiungunt.*

BVDÆVS.

EVROPA his finibus circunscribitur: Herculis cippis, Ponti recessu, Hyrcano mari: secúdum quam angustiæ Isthmi similes ad Pontum vsque pertinent. Nonnulli tamen ab illo Isthmo Tanaim fluuium Europæ terminum esse dixerunt. Asia est quicquid terræ situm est ab Isthmo iam dicto, à Ponto Hyrcanoque mari ad Isthmum vsque alterum, qui Arabicum sinum interiacet, & ma-

re interius, illum quidem cohibitum ab eo mari, & ab Oceano, qui eum complectitur ambitu. Sunt qui fines Asiæ statuant, spatium quod à Tanai protenditur ad Nili vsq. ostia. Africá ab Arabico Isthmo ad columnas Herculis porrecta est: vel, vt alij censuerunt, ab Nilo. Nam Ægypti quicquid Nili ostiis septum est, alij Aphricæ, alij attribuunt Asiæ. Insulasque tribus terræ partibus adiacentes, scriptorum partim vt exemptiles ab orbe terrarum recensuêre: partim vt contributas iis partibus, quibus earum quæque vicinitate coniuncta est.

Scholia.

Ab isthmo Rubri maris.] Seruauit hîc Apuleius vocabulum Græcum Isthmi: quod supra vocauit *Ceruices fretorum*, cùm ait, *Sæpiusq; coëuntibus terris, veluti quibusdam fretorũ ceruicibus premitur.* ἰσθμὸς enim significat τὸν τράχηλον, Metaphoricè verò ἰσθμοὶ dicuntur, Angusta terrarum inter duo maria.

Totam verò trium Orbis partium distinctionem, breuiter ita statuit Pomponius Mela: *Mæotide palude, & duobus inclytis fluminibus Tanai & Nilo in tres partes Vniuersum diuiditur. Tanais à Septentrione ad Meridiem vergens in mediam fere Mæotida fluit, & ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet à freto ad ea flumina ab altero latere Africam vocamus; ab altero, Europen. ad Nilum, Africam; ad Tanaim, Europam. Vltra, quicquid est, Asia est.*

Pomponius Mela partium orbis distinctionem statuit

Vt insu-

Pag. 33. *Vt insularum situs.*] Locus corruptus, cui neque à M S. codice meo remedium. qui hoc etiam pacto legit: *vt insularum situs sunt qui eam finitimis locis comprehendunt, & sunt qui in alia diuisione eas habendas putent.* Vtrobique malè, meo quidem iudicio, hæ tres dictiones cum præcedenti periodo coniunguntur. cùm potius periodus claudenda sit post *adiungunt*. deinde ita legendum; *at insularum situs, sunt qui cum finitimus locus comprehendunt; & sunt qui in alia diuisione eas censendas putēt.* vt pro eo quod est in M C. *eam*, legamus *cum*. hoc sensu. Diuiso in tres partes Orbe, dubitatur à nonnullis de Ægypto, Asiæ'ne an Africæ sit adiungenda; quemadmodum & de insulis per maria diffusis. an ei parti orbis cui proximæ iacent sint adscribendæ; an verò in diuisione orbis quartam partem obtinere debeant Insulæ. Nam quod Aristoteles dixit καὶ τὰς νήσους οἱ μὲν ἐξαιρέτους ποιοῦσι vertit Apuleius, *In alia diuisione habendas putent*. hoc est, peculiarem illis in diuisione orbis partem dandam. Neque enim placet quod Budæus vertit, τὸ ἐξαιρέτους *Exēptiles ab orbe terrarum*, cùm potiùs significet, Exemptiles à diuisione orbis in tres partes Asiam Africam & Europam. Nam alioqui τὸ ἐξαίρετον significat τὸ ἐπίλεκτον. & quod est eximium ac peculiarem quandam dignitatem proprietatemque obtinet. Per μοίρας verò intelligit Aristoteles tres Orbis partes quas recensuit.

Γῆς μὲν δὴ καὶ θαλάττης φύσιν καὶ θέσιν, ἥν τινα καλεῖν εἰώθαμεν οἰκουμένην, τοιάνδε τινὰ ἱστορήκαμεν.

APVLEIVS.

De mari satis dictum est.

BVDÆVS.

PROINDE terræ marisque naturam ac situm huiuscemodi prodenda censuimus: quem habitatum orbem appellare consueuimus.

ΚΕΦΑΛ. δ.

Περὶ τῶν ἀξιολογωτάτων ἐν τῇ οἰκουμένῃ καὶ περὶ τὴν οἰκουμένην παθῶν.

ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἀξιολογωτάτων ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν παθῶν νῦν λέγωμεν, αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀνακεφαλαιούμενοι. δύο γὰρ δή τινες ἀπ' αὐτῆς ἀναθυμιάσεις ἀναφέρονται συνεχῶς εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα, λεπτομερεῖς καὶ ἀόρατοι παντάπασιν, εἴτι μὴ κατὰ τὰς ἑῴας ἐστὶν. αἵ τε διὰ ποταμῶν τε καὶ ναμάτων ἀναφερόμεναι θεωροῦνται. τούτων δὲ, ἡ μὲν, ἐστὶ ξηρὰ καὶ καπνώδης, ἀπὸ τῆς γῆς ἀποῤῥέουσα· ἡ δὲ, νοτερὰ καὶ ἀτμώδης, ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιωμένη φύσεως.

CAPVT IV.

De præcipuis tum in Orbe terræ tum circa eum affectionibus.

APVLEIVS.

TERRENÆ verò ita ſe habent exhalationes. quas duas Phyſici eſſe dicunt, tenues vixq́ue viſibiles ad ſuperiora minari. & gremio Telluris nebularum agmina halitu amnium fontiúmque conſtare, matutinis temporibus craſſiora. Harum altera, arida eſt, atque conſimilis quæ terrenis reluctationibus ſurgit: altera humida & egelida. hanc effluentis ſuperioris vaporis natura ad ſe trahit.

BVDÆVS.

QVAS res autem tum in eo orbe, tum circa eum exiſtere contingit, quibus ille rebus quodammodo afficiatur: earum ipſarum rerum, vt quæque maximè commemorandæ videbuntur, dicere porrò aggrediamur, ſummam quandam colligentes eorum quæ ſunt neceſſaria. Duas igitur exhalationes ab eo ſurſum ferri nouimus in aëra nobis impendentem: tenues illas quidem omninò, nec nobis conſpicuas: niſi ſi quid eſt huiuſcemodi ad tractus Orientales, & præterea quæ ex amnibus & locis irriguis ſublimia ferri videntur. Earum autem exhalationum altera

ſicca

ſicca eſt, in fumumque conformata, è terra manans: altera humida, roſcidæ exſpirationis plena, ab humida natura exhalata.

SCHOLIA.

Pag. 393. lin. 5. *Terrenæ verò.*] Locus in omnibus Apuleij editionibus mutilus. Huic ex M S. codice meo ita ſubueni: *Terreni verò caſus ita ſe habent. Exhalationes duas eſſe Phyſici dicunt*, &c.

Tenues & vix viſibiles.] τὸ λεπτομερὲς vertit *Tenue*, Ita Medici τὰ λεπτομερῆ vocant quæ ſunt tenuium partium. Non incommodè verò *Minutum* verti poſſit. quod quidem παράλληλον eſt τῷ ἀορά τῳ. Quæ enim minuta ſunt, obſcura quoque ſunt, & vix in ſenſum oculorum cadunt. Ita Nonius, *Minutum*, inquit, *eſt obſcurum & ſcrupuloſum, vt à Græcis dicitur* λεπτομερὲς. ἀόρατον verò propriè admodum vertit Apuleius, *vix viſibile*. vt α particula, hîc non ſignificet omnimodam priuationem, ſed τὸ ὀλίγον. vt in voce ἀμαθὴς. id eſt ὀλιγομαθής. ἀόρατος itaque hoc loco non Inuiſibilis, ſed parum, ſiue ægrè viſibilis.

Minantur.] id eſt, tendunt. Metaphora ſumta à ſagittis arcu excuſſis;

Non ſemper feriet quodcunque minabitur arcus.

Lin. 6. *Matutinis temporibus.*] Ita vertit Apuleius κατὰ τὰς ἑώας. rectius multo & verius quàm Budæus *ad tractus Orientales*. Neque enim interdiu ad tractus orientales exhalationes iſtæ, de quibus agit Ariſtoteles, oculis conſpici poſſunt; ſed tantùm matutinis temporibus. Præterea ſi vertas, *ad tractus orientales*, legendum eſſet κατὰ τὰ ἑῷα, ſubaudiendo

μέρη.

μέρη. Malim itaque legere, κατὰ τ. ἑώας ſubaudiendo ἀνατολῆς.

7. *Conſimilis.*] ita & M S. legit. manifeſto proculdubio errore. addendum enim eſt *Fumo*. vt exprimatur τὸ καπνῶδες, id eſt, fumo conſimilis. qui nimirum ſua ſponte ſurſum fertur. quò reſpexit Apuleius cùm dixit, *ſurgit*, hoc eſt ſurſum vergit.

8. *Terrenis reluctationibus.*] Putarim legendum eſſe vel *Eructationibus* (nam & hoc verbo ἀνερεύγεσθαι vtitur Ariſtoteles) vel *exhalationibus*. tametſi MS. codex expreſſè habeat *reluctationibus*.

Humida & egelida.] Coluius, cùm editiones omnes legant *gelida* repoſuit *Egelida*, id eſt, non gelida. At verò tametſi exhalatio, tam quæ ex terra quàm quæ ex aqua fit, ſit calida reſpectu caloris attrahentis. tamen ea quæ fit ex aqua reſpectu naturæ ipſius aquæ, gelida dici poteſt: certè multo magis quàm quæ fit è terra. Veterem itaque lectionem Codicis mei fide comprobatam retineo. Cùm verò exhalatio hæc ex aqua ſit ἀτμώδης, id eſt, vaporata, Apuleius maluit vertere *Gelidam*. quòd nimirum Gelidum duas ſignificationes habeat, ψυχροῦ videlicet ſiue frigidi, & τοῦ παγώδους, id eſt, quod facilè condenſetur & conſtipetur. quæ vtraque ſignificatio optimè conuenit exhalationi quæ fit ex aqua. Multo itaq. rectius ἀτμώδη interpretemur *Gelidam*, quàm, vt Bud. *roſcidæ exſpirationis plenam*.

Lin. 9. *Effluentis.*] MS. codex meus legit, *ex fluentis*, hoc eſt, ἐκ τῶν ναμάτων. Vel vt Ariſtoteles ἐκ τῆς ὑγρᾶς φύσεως. apertiſſimo ſenſu, qui, ſi legas *effluentis*, nullus eſt.

Superioris vaporis natura.] Per hanc vaporoſam,

vel, vt

vel, vt Apuleius infrà loquitur, vaporatam naturam, intelligit Aërem ipsum: qui cùm sua natura sit ἀτμώδης, & inferiore sui parte ζοφώδης καὶ παγετώδης vt supra dixit Aristoteles, appetit etiam & trahit ad se exhalationem ἀτμώδη ex aquis, vtpote sibi similem: quam quidem cognationem Elementorum inter se eleganter appositeque ad mentem Aristotelis paraphrasticè hîc explicauit Apuleius. Si quis tamen pro *vaporis* legere velit *caloris*, non repugnaro. Nam vt ait Aristoteles in Meteoris, δῆλον ὡς ἡ ἀτμὶς θερμοτέρα ὕδατος. ἔχει γὰρ τὸ ἀνάγον ἐπὶ πῦρ. Ita vt Calor Aëris dicatur ἀνάγειν, hoc est Trahere ad se τὴν ἀτμίδα.

ARISTOTELES.

Γίνονται δὲ ἀπὸ μὲν ταύτης, ὁμίχλαι, καὶ δρόσοι, καὶ πάγνων ἰδέαι, νέφη τε, καὶ ὄμβροι, καὶ χιόνες, καὶ χάλαζαι. ἀπὸ δὲ τῆς ξηρᾶς, ἄνεμοί τε, καὶ πνευμάτων διαφοραὶ, βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ, καὶ πρηστῆρες, καὶ κεραυνοὶ, καὶ τὰ ἄλλα ἃ δὴ τούτοις ἐστὶ σύμφυλα. ἔστι δὲ, ὁμίχλη μὲν, ἀτμώδης ἀναθυμίασίς τις, ἄγονος ὕδατος, ἀέρος μὲν παχυτέρα, νέφους δὲ ἀραιοτέρα. γίνεται δὲ, ἤτοι ἐξ ἀραιώσεως ἀρχῆς νέφους, ἢ ἐξ ὑπολείμματος. ἀντίπαλος δὲ αὐτῇ λέγεται καί ἐστιν αἰθρία, οὐδὲν ἄλλο οὖσα πλὴν ἀὴρ ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος. δρόσος δέ, ἐστιν ὑγρὸν ἐξ αἰθρίας κατὰ σύστασιν λεπτὸν φερόμενον. κρύσταλλος δὲ, ἀθρόον ὕδωρ ἐξ αἰθρίας πεπηγός.

πάχνη

πάχνη δὲ, δρόσος πεπηγυῖα· δ' ἑρσοπάχνη δὲ, ἡμιπαγὴς δρόσος.

APVLEIVS.

Et ex hac quidem Nebulæ, rores, pruinæ, nubila, imbres, nix atque grando generantur. de illâ superiore, quam diximus siccam, venti, aquæ, flammæ, fulmina, atque aliæ ignotorum telorum gignuntur plurimæ species. Nebula constat, aut ex ortu nubeculæ; aut ex eius reliquiis. Est autem exhalatio vaporata, humore viduata, aëre crassior, nube subtilior, cui serenitas abolitionem infert. Nec aliud est serenitas, quàm Aër purgatus caligine, & perspicuè sincerus: Ros verò, nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit. Glaciem dicimus humorem sereno frigore concretum. Huic est Pruina consimilis, si mollities roris matutinis frigoribus incanuit.

BVDÆVS.

Ex hac nebulæ, rores, & gelu omne genus, nubes, pluuiæ, niues & grandines oriuntur. A sicca autem illa venti & flatuum differentiæ exoriuntur, tonitrusque & fulgura, turbines, & fulmina, aliaque his cognata. Nebula est expiratio quædam rosida, aquæ nequaquam genitrix: vt aëre crassior ipsa, sic nube rarior. Gignitur vel ex nubis primordiis

diis rarescentibus, vel ex reliquiis nubis. Huius aduersaria vt est, ita esse dicitur, serenitas: nihil aliud ipsa existens, quàm aër nubibus nebulaque vacuus. Ros est humidum quid è serenitate concretum, minutimque delabens. Glacies est aqua conferta à serenitate compactilis. Pruina ros est concretus: drosopachne composito nomine dicta est, ros semiconcretus, quasi ros pruinosus.

SCHOLIA.

Lin. 12. *Flammæ.*] Ita vertit Apuleius τὸ πρηστῆρες. Bud. *Turbines*. Vtrumque enim significat τὸ πρήθειν, nimirum & φυσᾶν, id est flare & τὸ καίειν.

Lin. 14. *Ex eius reliquiis.*] Quod hic vocat Aristoteles ὑπόλειμμα νέφους, lib. Meteororum primo vocat περίττωμα. hoc est Excrementum. Quemadmodum enim in cibis alia est pars humida & tenuis, alia terrena & crassa, quæ nec concoqui potest, nec corpus alere: ita in nube pars tenuior in aquam soluitur crassior, vtpote terrea & grauior, descendit: in aërem terræ contiguum, nebulamque efficit. quam ἄγονον ὕδατος vocat Aristoteles, imò potius σημεῖον εὐδίας. vt contrà νέφος γόνιμον ὕδατος.

16. *Serenitas tenuiter spargit.*] Quam hic αἰθρίαν vocat Aristoteles, in Meteoris vocat εὐδίαν. quod idem est. Inde Boreas eleganti Epitheto dicitur αἰθρηγενέτης, ὁ αἰθρίαν hoc est, εὐδίαν γεννῶν, serenitatem aëris inducens. quam quidem serenitatem definit Aristoteles ἀέρα ἀνέφελον καὶ ἀνόμιχλον, hoc est, ἄζοφον καὶ εἰλι-

καὶ εἰλικρινῆ. quod Apuleius significantissimè expressit, *Aërem purgatum caligine & perspicuè sincerum.* Cùm verò Aristoteles hîc vocet αἰθρίαν, quam in Meteoris vocat εὐδίαν; sunt qui εὐδίαν ibi non serenitatem, sed temperiem interpretantur. non malè. Neque enim serenum tantùm sed & temperatum & tranquillum Aërem esse oportet ad generandum rorem.

ARISTOTELES.

Νέφος δέ, ἐστι πάχος ἀτμῶδες, συνεστραμμένον, γόνιμον ὕδατος. ὄμβρος δὲ, γίνεται μὲν κατ' ἐκπιεσμὸν νέφους εὖ μάλα πεπαχυσμένου. διαφορὰς δὲ ἴσχει τοσάσδε, ὅσας καὶ ἡ τοῦ νέφους θλίψις. ἠπία μὲν γὰρ οὖσα, μαλακὰς ψακάδας διασπείρει, σφοδρὰ δὲ, ἀδροτέρας, καὶ τοῦτο καλοῦμεν ὑετὸν, ὄμβρου μείζω καὶ συνεχῆ συστρέμματα ἐπὶ γῆς φερόμενα. χιὼν δὲ γίνεται κατὰ νεφῶν πεπυκνωμένων ἀπόθραυσιν πρὸ τῆς εἰς ὕδωρ μεταβολῆς ἀνακοπέντων. ἐργάζεται δὲ, ἡ μὲν κοπὴ τὸ ἀφρῶδες καὶ ἔκλευκον. ἡ δὲ σύμπηξις, τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ τὴν ψυχρότητα, οὔπω χυθέντος, οὐδὲ ἠραιωμένου. σφοδρὰ δὲ αὕτη καὶ ἀθρόα καταφερομένη, νιφετὸς ὠνόμασται. χάλαζα δὲ γίνεται, νιφετοῦ συστραφέντος, καὶ βρῖθος ἐκ πιλήματος εἰς καταφορὰν ταχυτέραν λαβόντος. παρὰ δὲ τὰ μεγέθη τῶν ἀπορρηγνυμένων

θερμοσμένων, οἵτε ὄγκοι μείζους, αἵτε καταφοραὶ γίνονται βιαιότεραι. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως πέφυκε συμπίπτειν.

APVLEIVS.

ERGO *si aër actus in nubem, nubilum denset, & ea crassitudo aquarum fœtu grauidatur, Imber exprimitur: cùm inter se vrgentur nubium densitates: totque diuersitatibus pluuiæ cadunt, quot modis aër nubium conditionibus cogitur. Raritas enim nubium stillicidia dispergit, quæ concretæ vehementius, effundunt agmina largiora, & eas aquas, quas Imbres vocamus. à quibus hoc differunt Nimbi, quòd Pluuia iugis est. Nimbus autem quanto repentinior est, tanto vehementior. & quanto improuisior & præcipitatior est, tanto breuiore casu restringitur. Niues autem colligi iactatione densarum nubium constat. Nam priusquam in aquam deflrant, fractæ ac discissæ spumas agitationibus suis faciunt. & mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit. hæc victis nubibus crebrior ad terram venit. eam tempestatem nos Nigrorem appellamus. Grandinare verò tum dicis, cùm aqua nubem lapidoso pondere, & festinante perrumpit; eademq́ue vi & ad pernicitatem incitat, & cedente aeris molli cura, præcipitatam indignatione vehementi humana verberat.*

rat. Hæc ſatis erunt de iis quæ vdis elementis aquoſiſq; contingunt.

BVDÆVS.

NVBES eſt craſſamentum exhalationum conuolutum, vim habens aquæ gignendæ. Imber fit expreſſione nubis magnopere addenſatæ: tot habens differentias, quotuplex eſt nubis compreſſio: quippe quæ remiſſa ſi fuerit, molles ſtirias diſpergat: ſin vehemens, pleniores. Hocque appellamus pluuiam, imbris contorta ſtillicidia, cum maiuſcula ipſa, tum verò iugi tenore caſitantia. At verò nix gignitur denſitate nubium friatili: quæ ſimul ac in aquam verti cœptæ ſunt, in minuta contunduntur, cum eo, vt illa contuſio ſpeciem ſpumæ, exactumque candorem: humoris autem qui ineſt concretio, quique nondum fuſus eſt, nec rarefactus, rigorem efficiat. Hæc impetu & confertim decidens, Niphetos appellatur. Quo genere volutim contorto, libramentumque ex compreſſu capiente ad celeriorem lapſum, fit quæ grando vocatur: cùm interea pro fragmentorum magnitudine quæ abrumpuntur, tum corpuſcula maiora grandinis, tum delapſus violentiores fiant. Atque hæc quæ hactenus dicta ſunt, naturæ vi ab humida expiratione euenire comparatum eſt.

SCHOLIA.

Lin. 22. *Aquarum fœtu grauidatur.*] Simili metaphora Virg. grauidas fruges, ſegetes, ariſtas vocat. & Italiam grauidam imperiis.

24. *Nubium conditionibus cogitur.*] M S. codex habet *nubili cõditionibus coagitatur*. Poſſet quidem ex coniecturâ Lipſij, quam adfert in Notis vberioribus Coluius noſter, legi *colliſionibus*. quod exprimit vocem θλίψις: ſed eam antea explicauit Apuleius, inquiens, *cùm inter ſe vrgentur* quod idem eſt atque, *colliduntur*. Cum itaque dixit Apuleius, *nubili conditionibus*, reſpexit ad ipſam nubili naturam & conſtitutionem, raram videlicet vel denſam; non autem ad colliſionem, cuius antea fecerat mentionem. & plenius explicatur per verbum *coagitatur*. quod multo eſt ad ſenſum Ariſtotelis accommodatius, exprimendæ videlicet θλίψει, quàm *cogitur*. vt in omnibus editionibus legitur.

25. *Nubium ſtillicidia.*] Duriuſculè Budæus ψεκάδας vertit *ſtirias*.

Raritas enim nubium.] Non expreſſit vocem ἠπία Apuleius. quod ſignificat *Lenem*. vt ἤπια φάρμακα, id eſt, lenia remedia: ſed reſpexit ad cauſam, quæ efficit vt ſit lenis colliſio vel coagitatio nubium; raritatem ſcilicet earum vel denſitatem. Raras enim opponit, vehementer concretis, ſiue denſis. Significantius multò quàm Budæus, Remiſſas, plenioribus.

24. *Effundunt agmina largiora.*] ita vertit Apuleius illud Ariſtotelis, μείζω συςρέμματα. qui nobis profectò eleganter admodum & propriè vim vocis συςρεμμάτων explicauit, vertens *Agmina*. Militarem

enim

enim vocem esse σύςρεμμά, annotauit Suidas. Hesychius idem interpretatur θόρυβον. ita vt periphrasticè interpretari possimus, Tumultum quem densum aliquod militare agmen procedens excitat. cui quidem tumultui comparat Aristoteles densam & iugem pluuiam, quam Imbrem vocamus, in terram ruentem: Ita enim interpretor τὸ φερόμενα, quod Apuleius vertit *Effusam*. Quid hac Apuleij versione significantius fingi potest? cùm pluuiam spargi, imbrium agmina effundi, nimbos præcipitari improuiso scribit? quid verò horridius aut contortius illa, *Imbris contorta stillicidia, cùm maiuscula ipsa, tum verò iugi tenore casitantia*? Tametsi enim συςρέφειν sit contorquere; vt infrà Aristoteles νέφεος συςραφέντος: significat tamen etiam cogere id est densare. vt, cogere agmen. Æquè itaque impropriè συςρέμματι id est confertam ac densam pluuiam, vertit, *Imbris contorta stillicidia*; quàm paulo antea ψεκάδας *stirias*. Quæ tamen non ita à me dicta sint, quasi doctissimi illius interpretis, optimeque de literis Græcis meriti laudi quicquam detraham, quàm, vt Apuleio addam; & ad diligentem eius lectionem, φιλέλληνα iuuentutem excitem, vt eum, tanquam optimum Græcæ linguæ interpretem, ducem sequantur.

Illud etiam monebo, Apuleium sub more hoc loco Aristoteli aliquid, quod desiderari videbatur, addere. Cùm enim Aristoteles Pluuiam tantum statuat, & imbrem; Apuleius tertium genus facit Nimbum, qui vt Pluuiâ & Imbre præceps magis & repentinus est, atque improuisior, ita breuiore, vt ipse loquitur, casu restinguitur. vt *breuitas*, hîc

ad tempus referatur, vt apud Horatium Breue lilium dicitur, id est, Exiguo tempore florens. Ego tamen non malè crediderim hæc discrimina ita poni posse, vt Pluuia sit βροχετὸς, Imber ὑετὸς, Nimbus ὄμβρος.

28. *Hoc differunt Nimbi, quòd Pluuia.*] Crediderim legendum *à quibus hoc differunt Nimbi, quòd Imber, Pluuia iugis est.*

29. *quanto repentinior,*] V.C. *quanto repentinus,* pro, quanto magis repentinus.

Ibid. *Quanto improuisior & præcipitatior est.*] MS. codex habet *quanto improuisior præcipitatio eius est.*

31. *Iactatione.*] Ita vertit Apuleius ἀπόθραυσιν. quod significat *abruptionem* illam siue discissionem nubium priusquam in aquam defluant. quod non satis rectè vertit Budæus, *simulatque in aquam verti cœptæ sunt.* friatiles verò nubes facere durum est, tam sensu, quàm voce ipsâ nubibus parum conueniente.

33. *Et mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit.*] MS. codex legit *gelatu summo rigore frigore inhorrescunt.* Ego legendum putarim, *& mox gelatæ, summo rigore frigoris inhorrescunt.* Propriè autem admodum & eleganter vtitur hoc verbo *Inhorrescunt*. quod Græci φρίσσειν. quo Homerus frequenter vtitur. vt λήϊον στάχυσι φρίσσει, ἄνθρωπος θριξί, θάλασσα κύμασι, μάχη ἔγχεσι. & Virgil. *seges horret aristis.* Significat autem propriè φρίσσειν siue Horrere, vt definiunt Græci, πύκνωσιν τινα ὀρθωτικὴν κατὰ ἡσύχιον κίνησιν, id est densitatem quandam erectiuam cum leni motu coniunctam.

Pag. 394. lin. 2. *Nigrorem vocamus.*] Græcè est, νιφετὸς ὀνόμασται. Budæus & Alcyonius Aristotelis

interpretes, (quos verisimile est Apuleij versionem non vidisse) cùm nullum illis vocabulum suppeteret quo νιφετὸν interpretarentur; tamen aliud quippiam quàm Niuem significare viderent, Graecam vocem reliquerunt.

In Aldinâ Apuleij editione legitur *Nigerem*, quod praeteriit in suis Notis Coluius, credens, vti arbitror, corruptum id à *Nigrorem*, quod in aliis omnibus excusis Apuleij exemplaribus ita legitur. Codex verò meus manuscriptus, nunquam satis laudatus, legit *Ningorem*. è quâ dictione sciolus aliquis n literam expunxit, & Nigorem fecit. Ex hac alius quispiam, (ex Anaxagorae scholâ fortassis, qui, vt testatur in Paradoxis Cicero, Niuem nigram esse dicebat) Nigrorem effecit, vel quòd Nigredinem tempestati (ita enim eam vocat Apuleius) conuenientem putaret. Vera itaque lectio est, *Ningorem*. vnde & Ningidus: vt eadem sit differentia Niuis & Ningoris, quae Pluuiae & Imbris. Glossarium vetus interpretatur νιφετὸν Nimbum, quem Apuleius supra definiuit, Repentinum, praecipitem & breuem imbrem; & νίφει, Ninguit. Rectè etiam Hesychius qui discrimen aliquod statuere videtur inter χιόνα & νιφετὸν. cùm νιφετὸν interpretatur, τὴν χιόνος καταφοράν. Ex Glossario autem veteri colligere possumus, Nimbum tam de pluuiâ, quàm de niue dici solitum.

Lin. 5. *Cedente aëris mollitura: praec. indig. veh. humana verberat.*] Miror interdum nonnullos qui in castigando Apuleio multum operae posuisse videri possint, quamplurimos eius locos ita corruptos vt nullus ex iis sensus elici possit, ita praeterire perinde

ac si ne per somnium quidem de eorum integritate dubitassent. Inter quos etiam hunc pono, quem in morbo cubare ne animaduerterunt quidem: quem tamen satis prodit, sensus alienatio. Quid enim est *aëris mollis cura?* aut, quo modo τὸ *humana* congruere possit cum *præcipitatam*? Pro *molli cura* itaque lege *mollitura*; nisi hæc vox nimium insolens videatur: aut cum Vet. cod. meo, *mollitie*. deinde, pro *humana* lege *humum*: atque ita integrum Apuleio sensum, facili admodum curatione, reddideris.

ARISTOTELES.

Ἐκ δὲ τῆς ξηρᾶς καὶ τοῦ ψύχους μὲν ὠθούσης, ὥστε ῥεῖν, ἄνεμος ἐγένετο. οὐδὲν γάρ ἐστιν οὗτος, πλὴν ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος, ὅστις ἅμα καὶ πνεῦμα λέγεται. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως πνεῦμα, ἥ τε ἐν φυτοῖς, καὶ ζῴοις, καὶ διὰ πάντων διήκουσα, ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία, περὶ ἧς λέγειν νῦν οὐκ ἀναγκαῖον. τὰ δὲ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα, καλοῦμεν ἀνέμους· αὔρας δὲ, τὰς ἐξ ὑγροῦ φερομένας ἐκπνοάς. τῶν δὲ ἀνέμων, οἱ μὲν ἐκ νενοτισμένης γῆς πνέοντες, ἀπόγειοι λέγονται. οἱ δὲ ἐκ κόλπων διεξάττοντες, ἐγκολπίαι. τούτοις δὲ ἀνάλογόν τι ἔχουσιν οἱ ἐκ ποταμῶν καὶ λιμνῶν· οἱ δὲ κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι, καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι, ἐκνεφίαι καλοῦνται.

μεθ'

μεθ' ὕδατος δὲ ἐκνεφίας ἀθρόως, ἐξυδρίαι λέγονται.

APVLEIVS.

VERVM aliæ sunt paßiones, qui cum impulsu frigidioris aëris venti generantur. Nec enim aliud est, nisi multum & vehemens in vnum coacti aëris flumen. Hunc spiritum dicimus: licet spiritus ille nominetur, qui animalia omnia extrinsecus vitalia tractus sui vitali & fœcundâ ope vegetat. Siccos etiam superiores mundi flatus ventos nominamus: Auras verò, humidos spiritus. Sed ventorum binæ sunt species. Qui facti è telluris habitu constant, Terrigenæ nuncupantur. at illi, qui excutiuntur è sinibus, Encolpiæ, de recessu nominati. Consimiles his haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus, & stagnis. Qui ruptis nubibus per operta cæli manare assolent, rursumq; in crassam nubium speciem conglobantur, vel cùm imber effusus conciet flabra, quæ Exhydriæ Attica cum linguâ vocitantur.

BVDÆVS.

ASICCA verò tum ventus oriri solet, cùm à frigore, ita vt fluat, illa truditur: nihil vt aliud ventus sit, nisi aër multus fluctuans & coactus, qui etiam spiritus appellatur, quum alioqui spiritus appelletur substantia

animata, & genitalis in stirpibus atque in animantibus existens, per omniaque pertinens: de qua nunc disserere nihil necesse fuit. Flatus verò qui in aëre spirant, ventos: auras, exspirationes dicimus quæ ex humore prodeunt. Venti qui è terra vliginosa & humefacta prodeunt, Apogæi, quasi terra oriundi: qui è sinibus prosiliunt, Encolpiæ, quasi sinuales vocantur: inter quos ipsos, eosque qui è fluminibus erumpunt, ex aquisq. stagnantibus, intercedit nonnihil proportionis. Ecnephiæ appellantur, qui in fractura nubis, resoluendaque eius crassitudine, colliduntur inter se, quasi quidam nubigenæ. Exhydriæ quasi aquatores dicuntur, qui cum pluuiis aquis grassantur, impetu & cófertim effusis.

SCHOLIA.

Lin. 8. *Qui cum impulsu frigidioris aëris.*] In V. c. non legitur τὸ *qui*. & omnino παρέλκει. nam si legatur, sensum turbat, qui alioqui est planus. Per frigidioris verò aëris impulsum, intelligit frigus quod mediam Aëris regionem obsidet: quippe quæ propter distantiam, neq. superiorum corporum motu, neq. reflexione radiorum Solis vnquam incalescit. Quæ quidem opinio tametsi vero proxima videatur (ita tamen vt ortus ventorum initium Terræ, siue Exhalationibus inde orientibus tribuamus; motum verò, & quidem obliquum, denso & con-

stipato,

ſtipato frigidiſſimóque mediæ regionis aëri exhalationem quæ ſurſum ferebatur repellenti, ſi non totam, certè aliquam eius partem) probabile tamen eſt, vi ſtellarum, & pro variis earum coïtionibus atque aſpectibus ventos magis ac minus excitari. quod & Seneca Natur. Quæſt. lib.2. cap. XI. teſtatur, inquiens: *Stellæ quoque non minus terrena, quàm incumbentem ſpiritum terris afficiunt.* Idem etiam alibi affirmat, Aërem habere naturalem vim mouendi ſe, nec aliunde concipere, ſed ineſſe illi vt aliarum rerum, ita huius potentiam. Atque hæc quidem de ortu ventorum, eorumque obliqui motus cauſa (re inter Philoſophos admodum controuersâ) paucis adnotaſſe ſufficiat. Neque enim mei inſtituti eſt ea longius perſequi, quàm quantum verſioni Apuleij declarandæ ſufficiat.

Lin. 10. *Aëris flumen.*] Ita explicat Apuleius illud Ariſtotelis ὥστε ῥεῖν. quod non eſt *Fluctuare*, vt vertit Budæus, ſed *Fluere*. Fluctuare enim eſt κυμαίνειν, σαλεύειν. Ventus autem eſt ῥύσις ἀέρος, non verò κύμανσις.

Ibid. *Hunc ſpiritum dicimus.*] à ſpirando ſcilicet. vt πνεῦμα à πνέω. & ἄνεμος ab ἄω. quorum vtrunque ſignificat ſpiro. Latini etiam poëtæ interdum Animas pluraliter, ventos vocant, imitatione Græcorum. Horatius,

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Ibid. *Licet ſpiritus ille nominetur.*] Lege, *Licet ſpiritus etiam ille nominetur.*

12. *Siccos etiam ſuperiores.*] Lege, *ſiccos & ſuperiores.*

13. *Qui facti è telluris habitu.*] Legendum omnino

halitu,

halitu, etiam non monentibus membranis veteribus. hoc est, Exhalationibus terrenis rectà sursum tendentibus. quos quidem ventos eleganti allusione ad γηγενεῖς illos Gigantes, Terrigenas vocat Apuleius, quos Aristoteles ἀπογείους. tametsi idem lib. 2. Meteororũ, in alià significatione vtitur voce ἀπογείου. Cùm enim probare vult Aquilonem, qui à Septentrione flat, ad Austrum progredi non posse, addit: ἔστι γὰρ ὥσπερ ἀπόγειον τὸ πνεῦμα τὸ βόρειον. hoc est, Aquilonarius nanque spirius ceu abterraneus est. vt ἀπόγειον πνεῦμα, id est abterraneus spiritus ibi sit, qui non longè à loco in quo oritur progreditur. Gloss. vetus ἀπογείους ἀνέμους interpretatur *Terrestres*.

Lin. 16. *Alij excutiuntur è sinibus.*] Obliqui scilicet venti, exhalatione terræ à frigore quod est in media aëris regione repercussâ.

Ibid. *Encolpiæ de recessu sunt nominati.*] Emendo locum corruptum è M S. cod. meo, *Encolpiæ Græcè sunt nominati.* Ἐγκολπίαι verò quo pacto concipiantur, eleganter describit Seneca Natur. Quæst. lib. 2. cap. 8. *Quicquid*, inquiens, *ex se paludes & flumina emittunt (id autem multum est & assiduum) per diem, Solis alimentum est. nocte non exhauritur; sed montibus inclusum in vnam regionem colligitur. Cùm illam impleuit, & iam non se capit, sed exprimitur aliquo, & in vnam partem procedit, hîc ventus est.* [Encolpias scilicet.] *Itaque eò incumbit quò liberior exitus inuitat, & loci laxitas in quam coaceruata incurrant.*

Lin. 17. *Consimiles.*] Apuleius ita vertit, ἀνάλογόν τι ἔχουσι. Budæus, *Intercedit aliquid proportionis.* cur non, *similitudinis?*

Lin. 18. *Per operta cæli.*] Vet. cod. *per aperta cæli.*

Lin. 19

Lin. 19. *Rursumq́ue in crassam nubium speciem conglobantur.*] Videtur aliquid desiderari hoc loco in versione Apuleij. pendet enim omnino mutila sententia: neque explicauit aut vertit Apuleius nomen venti quem Aristoteles vocat ἐκνεφίαν, nisi fortè à librario sit omissum. Censuerim itaque, post conglobantur, addendum esse, *qui Ecnephiæ vocantur*. vt sint ἐκνεφίαι, venti nubibus excussi. Seneca Natur. Quæst. lib. 5. cap. 12. *Sunt*, inquit, quædam genera ventorum quæ ruptæ nubes & in pronum solutæ emittunt, hos Græci ventos ἐκνεφίας vocant. Ineptè autem vertit Alcyonius, *Et in seipsos crassitudinem dissipant*. cùm potius dissipatam recolligant. Quid verò sibi velit etiam Budæus, hæc Aristotelis verba, κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι, καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι, ita vertens: *qui in fracturâ nubis, resoluendaq́ue eius crassitudine colliduntur inter se*, non satis assequor. cùm Apuleius longè aliter verterit, *rursumq́ue in crassam nubium speciem conglobantur*. Quò fit vt locum ipsius Aristotelis corruptum esse ex verbis Apuleij colligam; & in Aristotele pro ποιούμενοι, legendum esse πιλούμενοι. vt Apuleius *conglobari* verterit, τὸ πιλοῦσθαι. quo verbo frequenter vtitur Aristoteles, cùm condensationem aliquam significatam vult. & suprà hoc ipso capite, de grandine loquens, vsurpat vocem πιλήματος. inquiens: χάλαζα δὲ γίνεται νιφετοῦ συστραφέντος, καὶ βρῖθος ἐκ πιλήματος εἰς καταφορὰν ταχυτέραν λαβόντος. vbi Apuleius τὸ βρῖθος ἐκ πιλήματος vertit *lapidosum pondus*. non inscitè, vt rancido alicui Grammatico videri possit. Neque enim nesciebat Apuleius πίλημα non significare lapidem; sed voluit νιφετὸν συστραφέντα & quodammodo πιλούμενον, comparare

parare

rare cum terra argillosa in lapidem densata atq. indurata. Πιλοῦν verò (vt hoc etiam ad declarationem huius verbi addam) fit à πῖλος quod significat, lanam constipatam siue condensatam. vnde & πῖλος Latinè Pileus, optimum capitis aduersus pluuiam tegumentum, quod aquam non transmittit. quod nos inferiores Germani vocamus *Vilt*, superiores *Philt*, Græco nimirum π mutato in aspiratum φ. quod & Hispani *fieltro* vocant, Galli corruptius *feutre*. quæ omnes appellationes à πῖλος fluxisse videntur, nisi fortè alias nationes id à nobis mutuatas cum Bekano sentire velimus. Inde etiam Pila lusoria (quæ Græcis σφαῖρα dicitur) eâdem ratione dicta videri potest à pilorum constipatione. sed hæc παρέργως dicta sufficiant: Ego interim meam hanc de loci Aristotelici emendatione coniecturam, meram coniecturam, non sententiam esse volo.

Lin. 20. *Exhydriæ.*] Vet. cod. meus habet EXOPIA. corruptè. nisi alius quispiam ex his literarum vestigiis, quæ videntur innuere ἐξόρια, aliud quippiam εὐθυβόλως diuinet. Budæus vertit *Aquatores*. Sunt verò Exhydriæ flatus qui cum aquâ tumultuosè profusâ inhorrentes & fragosi feruntur. Nos Græcam vocem retineamus, dum Latina illi ἀνάλογος non suppetit.

Ibid. *Attica cum linguâ.*] Talpa sit qui non videat primo statim occursu, legendum, *Atticorum lingua*.

ARISTOTELES.

Καὶ οἱ μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς συνεχεῖς, Εὖροι κέκληνται. Βορέαι δὲ οἱ ἀπὸ ἄρκτου. Ζέφυροι δὲ, οἱ ἀπὸ δύσεως. Νότοι δὲ, οἱ ἀπὸ μεσημβρίας. τῶν γε μὴν Εὔρων, Καικίας μὲν λέγεται, ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς θερινὰς ἀνατολὰς τόπου πνέων ἄνεμος. Ἀπηλιώτης δὲ, ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς ἰσημερινάς. Εὖρος δὲ, ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς χειμερινάς. καὶ τῶν ἐναντίων Ζεφύρων, Ἀργέστης μὲν, ὁ ἀπὸ τῆς θερινῆς δύσεως, ὅν τινες καλοῦσιν Ὀλυμπίαν, οἱ δὲ, Ἰάπυγα. Ζέφυρος δὲ, ὁ ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς. Λὶψ δὲ, ὁ ἀπὸ τῆς χειμερινῆς. καὶ τῶν Βορέων ἰδίως, ὁ μὲν ἑξῆς τῷ Καικίᾳ, καλεῖται Βορέας. Ἀπαρκτίας δὲ, ὁ ἐφεξῆς ἀπὸ τοῦ πόλου κατὰ τὸ μεσημβρινὸν πνέων. Θρασκίας δὲ, ὁ ἑξῆς πνέων τῷ Ἀργέστῃ, ὃν ἔνιοι Καικίαν καλοῦσι.

APVLEIVS.

NVNC *nomina exequemur, regionesq́ ventorum. Euros, Oriens, Boreas, Septentrio: Occidens, Zephyros: Austros, Medius dies mittit. Hos quatuor ventos, alij plures interfluunt. Nam quamuis Eurus sit ventus Orientis, idem tamen Aparctias incipit nominari, cùm eum Oriens æstibus emittit. Apeliotes autem vocatur, cùm meridianis*

ridianis ex montibus procreatur. Eurus est, quando hyemalis ortus portis emittitur. Zephyrus verò, quem Romana lingua Fauonium nominat, cùm de æstiuis occiduis partibus surgit, Iapygis nomine efferri solet. At ille qui prior est, æquinoctiali plagæ Notus, & Aquilo, qui septem stellarum regione generatur, & huic vicinus est Aparctias. Huic propiores ad idem diem medium Thrascias & Argestes sunt indidem flantes in omnibus.

BVDÆVS.

ET ij quidem qui ab Oriente iugi tenore perflant, Euri & Vulturni; qui ab Vrsa, Boreæ & Aquilones vocantur. Zephyri & Fauonij, qui ab occasu: qui à meridie, Noti dicuntur & Austri. Vulturnorum porrò is Cæcias dictus est, qui nascitur ad ortum solstitialem. Subsolanus ad æquinoctialem: ad brumalem Vulturnus. At eorum qui ex obuersa parte prodeunt, quos Fauonios vocamus, Argestes & Corus ab occasu solstitiali: qui etiam Olympias ab aliquibus dictus est, & ab aliis Iapyx: Fauonius ab æquinoctiali, Africus ab hyberno oritur. At verò Aquilonum is qui Cæciæ coniunctus est, peculiariter appellatur Aquilo. Qui autem hunc à vertice statim excipit per Meridianum spirans, Septentrio dicitur. Thrascias deinceps

à Coro

à Coro ſpirat: quem nonnulli Cæciam appellauerunt.

SCHOLIA.

Lin. 22. *Euros oriens.*] Hos alij Vulturnos Latinè vocant. Nam Eurus Græcum vocabulum eſt. dictus enim eſt εὖρος, διὰ τὸ εὖ ῥεῖν. vel ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων. Tametſi ſunt qui εὖρον, Apelioten eſſe velint. Eurum ita dictum vult Vitruuius, quòd ab auris matutinis creetur. Vulturnum verò vocat etiam Liuius teſte Seneca. Varro quoque hoc nomen vſurpat. *Sed & Eurus*, inquit Seneca, *iam ciuitate donatus eſt, & noſtro ſermoni non tanquam alienus interuenit.*

23. *Medius dies.*] ſiue vt veteres dicebant, Medidies, poſtea Meridies. Græci μέσον ἦμαρ, μεσημερίαν, & μεσημβρίαν vocant.

Ibid. *Hos quatuor ventos.*] quos ſcilicet nonnulli Cardinales vocant, Græci κυριωτάτους.

24. *Alij plures.*] Collaterales dicti, Seneca ſuffectos vocat, lib. Natur. quæſt. 5. cap. 16. Quatuor, inquiens cæli plagas in ternas diuidunt, & ſingulis ventis binos ſuffectos dant.

Ibid. *Interfluunt.*] Vetus codex habet *Interfluant*: Ego legendum putarim *Interflant*: hoc eſt, inter hos flant. id eſt, ex horum quatuor lateribus.

25. *Aparctias incipit nominari.*] Ita habent omnia exemplaria, tam excuſa, quàm manuſcriptum. legendum tamen omnino eſt pro *Aparctias*, *Cæcias*. quod & Ariſtotelis verbis & veritati eſt conſentaneum. Aparctias enim, vt vox ipſa indicat, à Septentrione flat. Cæciam tamen Ariſtoteles à nonnullis Thraſciam appellari ait.

26. *Oriens æstibus emittit.*] MS. codex legit, *æstiuo*. Ego legendum censeo *ortus æstiuus*. vt frequenter u pro b & b pro u consonante ponitur. Et omnino exemplar Aldinum Apuleij, ita legit, *æstiuus emittit*. MS. cod. *æstiuo effundat*. Cæciam verò Hesych. ita dictum vult ἀπὸ τοῦ καιύκου [lege καίκου] ποταμοῦ.

26. *Meridianis ex montibus.*] V.C. *meridianis montibus*. Ego putarim legendum, *motibus*, vel potius, *ortibus*.

Lin. 28. *Ortus portis.*] Portas hîc vocat Apuleius, quas Græci πύλας. Quatuor enim Cæli Portas siue cardines statuunt. quarum custodes finguntur quatuor Horæ, quæ idcirco πυλωροὶ Homero vocantur, id est Portarum custodes, quæ quatuor Anni tempestates inducunt: de quibus Aristoteles ipse infra cap. 5, τίς δ' ἂν φύοιτ' ἂν ἀσφάλεια τοιάδε, ἥντινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι.

Lin. 29. *Fauonium nominat.*] Vetus cod. *Fauonium nouit*. Seneca, *Æquinoctialis occidens Fauonium mittit, quem Zephyrum esse dicent tibi etiam qui Græcè nesciunt loqui.*

Lin. 30. *Iapygis nomine efferri solet.*] Vetus codex, *Iapygis cieri solet nomine*. Hor. *quid albus peccet Iapyx*. qui aliâs Apulus vocatur.

Ibid. *At ille qui prior.*] Putarim legendum *propior*. Ita postea, *Huic propiores.* &c.

Lin. 33. *Ad idem diem medium.*] lege, *ad diem medium*. παρέλκει enim τὸ, *idem*. neque in MS. codice legitur. Apuleius Aldinus legit, *ad idem medium*. ex *diem* transpositione literarum factum est, *idem*.

Pag. 395. lin. 1. *Indidem flantes in omnibus austrorum*, &c.] Locus mirum in modum deprauatus.

Aldinum

Aldinum exemplar pro *indidem* legit *Indiam*, fœdiore errore. M S. codex meus, *Indidem flantes nominibus*. Vera & genuina lectio est, si post *indidem flantes*, claudas periodum. deinde ita legas, *Austrorum in nominibus illa obseruata diuersitas*. ita enim legit codex meus, non, vt alij, *obseruanda*. quo sensu quid potest esse manifestius? Nam Trascias & Argestes *indidem* hoc est Medium diem versus flant. Nunc varias Austri appellationes subiungit.

ARISTOTELES.

Καὶ τῶν Νότων, ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς πόλου φερόμενος ἀντίπαλος τῷ Ἀπαρκτίᾳ, καλεῖται Νότος. Εὐρόνοτος δὲ, ὁ μεταξὺ Εὔρου καὶ Νότου. τὸν δὲ ἐπὶ θάτερα μεταξὺ Λιβὸς καὶ Νότου, οἱ μὲν, Λιβόνοτον, οἱ δὲ, Λιβοφοίνικα καλοῦσι. τῶν δὲ ἀνέμων, οἱ μέν εἰσιν εὐθύπνοοι, ὁπόσοι διεκπνέουσι πρόσω κατ' εὐθεῖαν, οἱ δὲ ἀνακαμψίπνοοι, καθάπερ ὁ Καικίας λεγόμενος. καὶ οἱ μὲν, χειμῶνος, ὥσπερ οἱ Νότοι, δυναστεύοντες, οἱ δὲ, θέρους, ὡς οἱ Ἐτησίαι λεγόμενοι, μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων. οἱ δὲ ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι, βορέαι εἰσὶ τῷ γένει. τῶν γε μὴν βιαίων πνευμάτων, καταιγὶς μέν ἐστι, πνεῦμα ἄνωθεν τύπτον ἐξαίφνης. θύελλα δὲ, πνεῦμα βίαιον, καὶ ἄφνω προσαλλόμενον. λαί-

λαψ δὲ καὶ στρόβιλος πνεῦμα εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω.

APVLEIVS.

AVSTRORVM illa est obseruanda diuersitas. Nanque cum de abscondito polo flatus adueniunt, Notus est. Euronotus, ille qui inter Notum atque Eurum medius effringit. Ex altero latere Libonotus ex duobus vnum facit. Excursores venti habentur, qui directo spiritu pro flabris reciprocis Cæcias putatur esse. Equidem hyemales habentur, vt Noti: Etesiæ frequētiores sunt æstate anni. Septentriones ac Zephyri tempestate veris. Ornithiæ verni appellantur, Aquilonum genus, ex aëre prolati minori nisu, nec iugi perseuerantiâ spiritus perferentes. At enim procellosus flatus Catægis dicitur, quem Præfractum possumus dicere. Ventus, qui de superiore cæli parte summissus, inferiora repentinis impulsibus quatiat. Turbo dicitur, qui repentinis flatibus prosilit, atque vniuersa perturbat. Vortex ille est, vel vti dicitur Pinea, cùm torquetur humus arida, & ab infimo erigitur ad summum.

BVDÆVS.

RVRSVS ex Austris is qui à vertice nobis condito sese infert ex aduerso Septentrionis, Auster nominis prærogatiua dicitur.

Qui inter hunc & Vulturnum eſt, Euronotus eſt vocitatus, quaſi dicas Vulturnauſter. Atqui ſpirat altrinſecus inter Africum & Auſtrum, hunc alij Libonotum, quaſi Africauſtrum, alij Libophœnicem vocant. Ventorum porrò quidam flatus rectos, quidam reflexos habent. Rectos habent ij qui lineis rectis ſemper graſſari ſolent: reflexos & refractos, vt is quẽ Cæciam nuncupant. Rurſus quidam hyeme pollent, vt auſtri: quidam æſtate, vt Eteſiæ qui dicuntur; id eſt, anniuerſarij, cinnum quendam conficientes Septentrionum atque Subſolanorum. Ornithiæ, quaſi Auiarij, venti quidam dicti ſunt ex Aquilonio genere, verno tempore inualeſcentes. Cæterùm è genere violentiorum flatuum, Catægis nomen eſt flatus ingruentis ſupernè, repenteque euerberantis. Thyella flatus eſt præualens, qui repentè proſilit. Lælaps & Strobilus nuncupatur, qui infernè ſurſum verſus repentè conuoluitur.

SCHOLIA.

Lin. 2. *De abſcondito polo.*] id eſt, nobis nequaquam conſpicuo.

Lin. 3. *Notus eſt.*] Omiſit Apuleius in ſuâ verſione, illud Ariſtotelis, *ἀντίπαλος τῷ ἀπαρκτίᾳ*, prudens credo ac ſciens, ne à ſe ipſe diſſentiat. Nam ſupra, quem Ariſtoteles vocauit Cæciam, Apuleius

vertit (nisi vitium fuerit librarij, vt ibi monui) Aparctiam. Cùm itaq. ibi fecerit Aparctiam, eum quem Oriens æstiuus emittit, non poterat nunc, nisi ipse sibi contradicens, facere Notum ἀντίπαλον τῷ ἀπαρκτίᾳ. Aparctiam enim, vt dixi, statuit loco Cæciæ. Adeò vt videatur Apuleius in his ventorum appellationibus & regionibus ab Aristotele dissensisse.

Lin. 6. *Qui directo spiritu pro flabris reciprocis Cacias putatur esse.*] Ald. exemplar legit, *directis*. Vet. cod. *directo spiritum*. & in omnibus editionibus continuè hæc ita citra vllam dispunctionem leguntur. manifesto errore. Cùm enim Aristoteles aliam ventorum distinctionem faciat, alios esse dicens εὐθυπνόους, alios verò ἀνακαμψιπνόους: Apuleius τοὺς εὐθυπνόους vertit *directo spirantes*. ita enim legendum censeo in Apuleio *qui directo* [vel alioqui directi] *spirant*. atque ibi claudendũ esse sensum: vt *directò* sit, κατ' εὐθεῖαν. deinde ita legendum, *Pro flabris reciprocis*, hoc est, ex flabris reciprocis (ita enim vertit Apuleius τὸ ἀνακαμψιπνόους, Budæus *Reflexos & refractos*.) Cæcias esse putatur. Sunt verò ἀνακαμψίπνοοι, qui in sua se reflectunt primordia. Hoc etiam monebo apud Hesychium corruptè legi, Ἀνακαμψίπλος ὁ Καικίας καλούμενος. pro ἀνακαμψιπνός. Ἀνακάμψαι verò est ὑποστρέψαι. Cæcias verò, vt ait Seneca, apud Latinos, sine nomine est.

Lin. 7. *Equidem hyemales habentur; vt Noti.*] Nunc ventos distinguit, à variis temporibus anni quibus spirant. Putarim verò τὸ *ut* παρέλκειν. atque ita legendum esse: *Et quidem hyemales habentur Noti.*

Lin. 7. *Etesia frequentiores æstate anni.*] Post solstitium scilicet, & ortum Caniculæ; non cùm Sol

maximè

maximè propinquus eſt, aut remotus.

Lin. 9. *Ornithiæ verni.*] MS. meus codex, pro *Verni* legit; *venti.* quæ lectio mihi occaſionem dedit accuratius paulò in hunc locum, atque adeò in Ariſtotelis ipſius textum inquirendi, qui ita habet. ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι, hoc eſt; verni quidam exiſtentes venti. cùm tamen Ariſtoteles lib. Meteor. II. vbi περὶ ὀρνιθίων ἀνέμων agit, dicat eos ſpirare μετὰ τὰς χειμερινὰς τροπὰς, id eſt, poſt conuerſiones brumales; atque hoc tantum inter hos & Eteſias diſcriminis ſtatuit, quod Ornithiæ εἰσὶν ἐτησίαι ἀσθενεῖς, ἐλάττους τε, καὶ ὀψιαίτεροι τῶν ἐτησίων πνέουσι. Ad quem Ariſtotelis locum videtur reſpexiſſe Apuleius, imò verò verbatim eum vertiſſe. Nam illud ἀσθενεῖς vertit, *Minore niſu.* ἐλάττους verò, *Nec iugi perſeuerantiâ.* ita vt τὸ ἔλαττον ad tempus ſit referendum. Rectiſſimè itaque codex meus MS. pro *verni* legit *venti.* & in Ariſtotele pro ἐαρινοί legendum cõtenderim ἀέριοι, quod Apuleius vertit *Aëre proſati*, id eſt progeniti, elegantiſſimâ metaphorâ, non vt omnes editiones habent, *prolati.* Error itaque eſt in tranſpoſitione literarum; cui affinis eſt ille apud Pindar. in Pythiis ἐν πετρόεντι τραχῷ. pro περόεντι. Ornithias autem ventos nonnulli ita dictos volunt, quòd aues illorum afflatu oua concipiant. quæ quidem ſententia mihi non probatur. cùm ὀρνιθίας χειμὼν ab Ariſtophane dicatur, ὁ σφοδρὸς, ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄρνεα διαφθείρεται. & ἄνεμος ὀρνιθίας, vt annotauit Scholiaſtes, ὁ ψυχρὸς, & vt inquit Suidas ὁ ἐπὶ τῆς γῆς τὰ ὄρνεα στρωννὺς ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πνοῆς. Neque tamen ſum neſcius ὀρνιθίας aliquâ etiam ratione ex ſententiâ Ariſtotelis ἐαρινὸς dici poſſe; non quòd ipſo Vere, ſed ſub Ver ſpirent. Incipiunt enim

ſpirare, vt Ariſtoteles in Meteoris ſcribit, ſeptuageſimo poſt conuerſionem brumalem die, *ἀπαρκτίας*? —

ſpirare, vt Ariſtoteles in Meteoris ſcribit, ſeptuageſimo poſt conuerſionem brumalem die, *ἀερίους* verò eos vocauit Ariſtoteles, ad differentiam *τῶν ἀπογαίων ἀνέμων*, quos Apuleius *Terrigenas* vocauit. Eadem itaque ratione Ornithiæ vocari poſſint *Aërigenæ*, quos Apul. vocauit *Aëre proſatos*. At ſi legamus *Ornithiæ verni*, legendum etiam erit, *vere proſati*.

Lin. 7. *Eteſiæ frequentiores ſunt æſtate anni.*] Solſtitio enim illis initium, vltraque ortum Caniculæ non valent, vt ait Seneca, qui de Eteſiis multa Naturalium Quæſt. lib. 5. cap. 10, & 10, vbi etiam eos ſomniculoſos à nautis & delicatos vocari ait, quòd, vt aiebat Gallio, manè neſciunt ſurgere.

Lin. 11. *Præfractum.*] Videtur Apuleius deducere nomen *καταιγὶς ἀπὸ τοῦ κατάγνυμι*. Euſtathius *καταιγίδα*, vt & *αἰγίδα*, ab *ἀΐσσω*. *καταιγὶς* alioqui propriè eſt, quod Latinis Procella, Virg. *Creberque procellis Africus*. Legendum verò eſt continuè *quem Præfractum poſſumus dicere*, per parentheſin, cui ſubiungitur definitio Procellæ. Ventus qui, &c.

Lin. 15. *Vortex.*] MS. codex legit *vertex*. & rectè. Fl. Soſipater Inſtit. Gram. *Vertex*, inquit *à vertendo dicitur; vortex à vorando*, (quod tamen non probo.) & vult Plinius Verticem, immanem vim impetus habere, vt, *Ingens à vertice pontus*: vorticem verò, circumactionem vndæ eſſe, vt *Rapidus vorat æquore vortex*: Vortex enim eſt *ἴλυγξ ὕδατος*. Budæus Græca nomina reliquit, quod & ſatius fuit, quàm impropriè illa Latinè reddere.

Lin. 16. *Humus arida.*] hoc pertinet ad differentiam *λαίλαπος*. Eſt enim *λαῖλαψ, συστροφὴ ἀνέμου μεθ' ὕδατος*, teſte Heſychio. quem non incõmodè verti

poſſe

posse crediderim Nimbum. Στρόβιλος verò est, συστροφὴ ἀελλώδης. Sed hæc omnia generali ferè nomine καταιγίδες vocantur.

Lin. 15. *Vortex ille est, vel, vti dicitur, Pinea,&c.*] Cod. MS. pro *Pinea* legit *Pineas*. Vtrobique monstrum vocabuli est. quod me non parum torsit. donec tandem omnia tentanti, venit in mentem genuina lectio. Neque enim dubitarim, quin ita legendum sit, *vel, vti Græcè dicitur, Dine.* Quid enim aliud est δίνη, quàm vertex? Quemadmodum enim vertex dicitur à vertendo, vt suprà diximus, ita δίνη, ἀπὸ τοῦ δινεῖν, id est, στρέφειν. Ac tametsi quispiam contendere velit δίνην propriè vorticem significare, eâ videlicet significatione quam antea attulimus, vt ad aquam referatur, (vnde ποταμὸς Homero frequenter δινήεις dicitur, id est, vorticosus) nihilo tamen minus etiam de vento qui circumagitur & torquetur in orbem, dicitur δίνη. Ita apud Aristophanem συστροφαὶ ἀνέμων, explicantur δίναι φλυκταινώδεις. Vnde etiam elegans illud & salsum in Nebulis scomma in Socratem, vbi quendam Δῖνον αἰθέριον, ἀντὶ Διὸς in infima aëris regione regnantem facit, alludens ad vocem δίνης. Vocatus autem est vertex siue vortex δίνη, metaphoricè à similitudine δίνου, id est torni. à violenta scilicet illâ & streperâ torni circumactione. Vtitur verò Aristoteles hoc verbo δινεῖσθαι hoc ipso libro infrà, inquiens: πάντα δ' ὑφ' ἓν σημάντορα δινεῖται. Ita enim legit Aldus, tametsi alia exemplaria legant κινεῖται. Sed in his longior fortasse sum quàm par est. finem itaque faciam, vbi ea quæ dixi fide veteris illius numquam satis laudati Glossarij, confirmaro. Turbo, ait, ῥόμβος, πρηστὴρ, καὶ συστροφὴ

ἀνέμων. ἴλιγξ. Idem, ῥόμβος, tornus. quibus omnibus maiorem lucem addit auctor vetus Etymologiarum Græcarum; qui ita habet: Δινεύοι, id est, ἀναστρέφοιτο. ὅθεν καὶ συστροφαὶ ἀνέμων δῖναι λέγονται. Ambigi itaque amplius non potest quin & δίνη de ventorum perinde ac de vndarum procella dicatur. & ita omnino, vt dixi, hic Apuleij locus sit castigandus. Vtitur verò etiam Epicurus in suis Meteoris voce δίνης pro circumactione, dicens, κατὰ τὴν τοῦ ὅλου οὐρανοῦ δίνην.

ARISTOTELES.

Ἀναφύσημα δὲ γῆς, πνεῦμα ἄνω φερόμενον κατὰ τὴν ἐκ βυθοῦ τινὸς ἢ ῥήγματος ἀνάδοσιν. ὅταν δὲ εἰλούμενον πολὺ φέρηται, πρηστὴρ χθόνιός ἐστιν. εἱληθὲν δὲ πνεῦμα ἐν νέφει παχεῖ τε καὶ νοτερῷ, καὶ ἔξωθεν δι' αὐτοῦ ῥηγνύον βιαίως τὰ συνεχῆ πιλήματα τοῦ νέφους, βρόμον καὶ πάταγον ἀπειργάσατο μέγαν, βροντὴν λεγόμενον, ὥσπερ ἐν ὕδατι πνεῦμα σφοδρῶς ἐλαυνόμενον. κατὰ δὲ τὴν τοῦ νέφους ἔκρηξιν πυρωθὲν τὸ πνεῦμα καὶ λάμψαν, ἀστραπὴ λέγεται, ὃ δὴ πρότερον τῆς βροντῆς προσέπεσεν, ὕστερον γινόμενον· ἐπεὶ τὸ ἀκουστὸν ὑπὸ τοῦ ὁρατοῦ πέφυκε φθάνεσθαι, τοῦ μὲν, καὶ πόῤῥωθεν ὁρωμένου, τοῦ δὲ, ἐπειδὰν ἐμπελάσῃ τῇ ἀκοῇ, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ μὲν τάχιστον ᾖ τῶν ὄντων, λέγω δὲ τὸ πυρῶδες,

τὸ δὲ

τὸ δὲ, ἤτοι ταχὺ, ἀερῶδες ὄν, ἐν τῇ πλήξει πρὸς ἀκοὴν ἀφικνούμενον. τὸ δὲ ἀστράψαν, ἀναπυρωθὲν, βιαίως ἄχρι τῆς γῆς διεκθέον, κεραυνὸς καλεῖται. ἐὰν δὲ ἡμίπυρον ᾖ, σφοδρὸν δὲ ἄλλως καὶ ἀθρόον, πρηστήρ. ἐὰν δὲ ἄπυρον ᾖ παντελῶς, τυφῶν. ἕκαστον δὲ τούτων κατασκῆψαν εἰς τὴν γῆν, σκηπτὸς ὀνομάζεται. τῶν δὲ κεραυνῶν, οἱ μὲν αἰθαλώδεις, ψολόεντες λέγονται, οἱ δὲ ταχέως διάττοντες, ἀργῆτες. ἑλικίαι δὲ οἱ γραμμοειδῶς φερόμενοι· σκηπτοὶ δὲ, ὅσοι κατασκήπτουσιν εἴς τι.

APVLEIVS.

ANAPHYSEMATA *Græci vocant eos spiritus, qui de fundo vel hiatibus terræ explosi, ad superna maris solent deuenire. Hi cùm maiore vi torti sunt, fit procella; & à Græcis Prester nomen accepit. Sed cùm tormentum illud ire pergit, densasq́; & tumidas nubes preßè agit, coactasq́; collidit: fit sonitus & intonat cælum: non secus ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore vndas litoribus illidat.*

BVDÆVS.

ANAPHYSEMA quasi efflatus terræ, dicitur ventus sublimem sese rapiens: cùm aut è specu altius depresso flatus emicuerit, aut

è terra

è terra in hiatum diſcedente: qui Turbo terreſtris eſt tum,cùm multus ac contortus ferri cœptus eſt. Flatus verò in nube implicitus, & craſſa & humida,continuatum nubis ſpiſſamentum violenta eruptione perfringens, mugitum edere cum ingenti fragore ſolet, qui Tonitru dicitur: modo haud abſimili ſpiritus vehementer in aqua impulſi. Fulgetra eſt ſpiritus ignitus & coruſcans, dum nubes dirumpitur quæ tonitru antecedere ſolet, cùm tamen poſt ipſum fiat. Siquidem quod oculis percipitur, ei quod auribus obiectum eſt, anteuertere natura comparatum eſt: quippe illo è longinquo aſpectabili: hoc tum demum exaudibili, quum auribus appulſum ſit: præſertim quando alterum omnium naturarum celeritate maxima præditum eſt, ignita ſcilicet natura, alterum minus volucre, quod eſt naturæ ſpirabilis & aëreæ, non antequam aures pepulerit ad auditum peruenit. At verò quod fulſerit, ſi ad terram vſque curſim illiſum ſit,Fulmen vocatur: Sin ſemiuſtũ quidem, ſed vniuerſum tamen violentumq́ue incubuerit, Preſter, hoc eſt, accenſus turbo, dicitur. Quòd ſi prorſus ignis nihil interim conceperit, Typhon vocatur: qui eſt vortex procelloſus &

euerberans

euerberans. Horum quicquid in terram impetu decubuerit, Sceptos: id eſt, Fulmen, nominatur: qui Pſolois dicitur, cùm fuliginem contraxerit: Arges, ſi raptim emicuerit: Helicias, ſi lineari ſpecie conformatus eſt. Scepti dicuntur quæcunq. fulmina in quiduis illiſa ſint.

SCHOLIA.

Lin. 17. *Anaphyſemata.*] Anaphyſema propriè eſt Efflatio cum tumore, ex imo veluti effractiore vomitu terræ ſeſe eruptione facta attollens.

Lin. 18. *Exploſi ad ſuperna maris ſolent deuenire.*] M S. codex habet, *expelli ad ſuperiora maris ſolent.* Nam illud *Deuenire* gloſſema merum eſſe verbum ipſum ſatis indicat.

19. *Fit procella.*] adde ex codice meo manuſcripto *terreſtris.* vt *terreſtris* ſit quod Ariſtoteles vocat χθόνιον, ad differentiam πρηστῆρος οὐρανίου. alioqui ἀπόγαιος ἄνεμος, quem & χθόνιον poſſimus dicere, ſignificat etiam eum qui apud Ariſtotelem lib. Meteor.2. non longè à loco vnde ſpirare incipit, procedit, quale facit τὸ βόρειον πνεῦμα.

Ibid. *Preſter.*] Preſter cùm eſt genus venti, à πρήθω deducitur, quod ſignificat τὸ φυσᾶν. vt apud Homerum ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον. Quum verò genus fulminis, à πρήθω ſignificante τὸ καίω. Lucretius,

Fit quoque vt inuoluat venti ſe nubibus ipſe
Vortex conradens ex aëre ſemina nubis,
Et quaſi demiſſum cælo preſtera imitetur.

Seneca

Seneca Natur. Quæst. lib. 5. cap. 13. *Hic, ventus circumactus & eundem ambiens locum, & in seipsa vertigine concitans, Turbo est, qui si pugnacior est ac diutius volutatur, inflammatur, & efficit quem Græci πρηστῆρα vocant: Hic est igneus turbo.*

21. *Nubes presse agit.*] Aldina editio habet, *Præsagit.* Ex quo quisquis non oscitabundè authores legit, facilè colligat, legendum esse *Præ se agit*, id est, ante se. 23. *Illidat.*] V. cod. *impingat.*

APVLEIVS.

FAVORINVS *non ignobilis sapiens, hæc de ventis refert. Quatuor Mundi plagas imparem numerum habere ventorum, eò quòd ortus & occasus mutentur terna vice cum Solis accessu. Meridies & Arctos iisdem semper sunt regionibus notatæ. Ortus quippe accepimus, Æquinoctialem Solstitialem, Brumalem. quibus occasus redduntur eâdem interuallorum ratione conuersi. Eurus igitur æquinoctialis Orientis est, nec inuenustè nominis eius fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων. Idem ἀφηλιώτης à Græcis, Subsolanus à nostris solet dici. Sed qui ab æstiuâ & Solstitialis orientis metâ venit, βορέας Græcè, Latinè Aquilo nominatur. Hinc αἰθρηγενέτην, quòd sit alias serenus, Homerus ait: Boream ἀπὸ τῆς βοῆς, quòd non sine clamore soleat intonare. Tertium ventum qui ab oriente hiberno venit, Græci εὐρόνοτον vocant. Item occidui sunt, Caurus qui Græcè ἀργέστης vocatur, is est ad-*

est aduersus Aquiloni: item Fauonius, Græcè ζέφυρος, Euro contrarius. Tertius Africus, id est, λὶψ, Vulturno reflat. Meridies verò, quoniam eâdem semper regione signatur, vno Austro, id est νότῳ flatur. Septentrio item vno, & is Septentrionis habet cognomentum; qui tamen Græca linguâ ἀπαρκτίας dictus est. Horum nomina plerique commutant de loco vel similitudine aliquâ: vt Galli Circium, à turbine eius & vertice; Apuli, Iapygem ex Iapyge sinu, id est ex Gargano venientem. Hunc Caurum esse, manifestũ est. Nam & ex Occiduo venit, & Virgilius eius sic meminit:

Illum inter cædes pallentem morte futurâ
Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri.

Est etiam Cæcias ventus, quem Aristoteles ad se trahere nubes ait: & est Adagium de eo tale, κακ' ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων, ὡς ὁ Καικίας νέφη. *Sunt Etesiæ, & Prodromi spirantes ex omni parte, eo tempore æstatis quo Canis oritur. Cato autem in Originibus, non Circium, sed Cercium dicit. Is ventus Cercius, cùm loquare, buccam implet: armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.*

Hæc in Aristotele non leguntur; vt neque in Apuleio, sed à sciolo aliquo inserta existimo; ex Agellij Noct.Att.lib.11.cap.XXII. desumta. Cùm tamen in veteribus etiam membranis exstent, ea nequaquam prætermittenda putaui. Pauca etiam in quibus ab editis exemplaribus dissentiunt annotabo.

SCHOLIA

SCHOLIA.

Lin.14. *Quatuor mundi plagas.*] Vetus codex meus legit, *Tres* & quidem rectè. Sciolus aliquis mutauit in *quatuor*. Innuit verò tres cæli partes: Ortum scilicet, Æquinoctialem, Solstitialem, & Brumalem, iisque oppositos occasus. Imparem verò numerum vocat qui ex hisce tribus plagis spirant, ab aliis, Meridie videlicet & Septentrione. quòd ab illis plures venti variis nominibus præditi spirent. A Meridie verò, & Septentrione, singuli.

29. *Quibus occasus redduntur.*] correspondent, & ex aduerso oppositi sunt.

Ibid. *Eadem interuallorum ratione conuersi.*] V. C. *conuersâ.*

30. *Æquinoctialis Orientis est.*] Lege ex V. cod. *æquinoctialis Orientis ventus est*, vt sit orientis dictum, pro, ortus.

Lin. 31. ἀπὸ τοῦ ἕω ῥῶν.] Lege ῥέων.

Pag. 396. l. 2. *Boream* ἀπὸ τῆς βοῆς.] Vel potius ἀπὸ τῆς βορᾶς, id est, cibo siue pabulo, quo abundãt Boreales tractus, vti censet Porphyrius. Vnde & Scorpionis chelas βορέας veluti πολυφάγους, id est, voratrices Nicander appellauit, & βορὸν ὕδωρ, id est, τὸ βοροπιὸν dicitur, ob frigiditatem ex qua fit constipatio sanguinis, & ex hac κεναγγία hoc est euacuatio vasorum.

Lin. 6. ἀργέστης vocatur.] Hic Homero dicitur ἀλκυόνος.

10. Νότῳ *flatur.*] νότον quidam dictum volunt, quasi νόσον. quòd sit νοσώδης, id est, morbidus. Alij, quòd ab inferiore mundi parte spiret. quam Plutarchus in Platonicis quæstionibus νεάτην dici ait.

Lin. 23.

Lin. 23. *Quo Canis oritur.*] Vet. cod. *quo de cane oritur.*

Ibid. *In Originibus.*] Vet. cod. *in libris Originum.*

Non Cercium, sed Circium dicit.] Vet. cod. *non Circium, sed Certium dicit.* Suprà dixit à Gallis vocari *Circium.* hodie eum Hispani vocant *Cirço.* vnde prouerbium apud illos vsitatum, *Quando llueue de Cirço, llueue de cierto.* hoc est, Pluuiam spirante Circio cadentem certam esse, & diu duraturam. Pontanus in Meteoris:

Circion Hispanas fama est regnare per urbes.

APVLEIVS.

NVNC *de nubium præstigiis referam. Quando illa perfracta nubecula patefecerit cælum, ignescunt penetrabiles spiritus, emicatq; lux clara. hoc dicitur Coruscare. Quippe vbi nubes adflictu ignem, vt ferro saxa attrita, inter se dant, obtutus velocius illustriora contingit: auditus dum ad aures venit, seriore sensu concipitur. ita & prius Coruscare cælum creditur, & mox Tonare. tum quia ignes pernicitate sui coruscantes dicto citius nostræ visioni occurrunt: sonus verò verberati aëris serius indicio sentitur. Flamma verò illa quam nubium adflictus excussit, si robustiore fuerit incendio, impetu deuehitur in terras, & fulminis habet nomen atque formidinem. Presteras verò nominamus, cùm flammarum in illis minus fuerit. Sed si ignitum non fuerit fulmen, Typhon*

vocatur. Sceptos generale omnibus quæ de nubibus cadunt, nomen est.

SCHOLIA.

Præstigiis.] Præstigias Apuleius vocat φαντάσματα siue φάσματα. vtrinque enim idem fere est. Tametsi φαντάσματα magis propriè dicuntur, Inanes visiones, quæ humanos oculos præstringunt & ludificant, siue, vt Græci dicunt, παραλογίζονται. Vnde & Præstigiæ παραλογισμοὶ explicantur. φάσματα verò sunt quæ veteres Grammatici vocarunt *Mostella* Diminutiuo à Monstrum. Seneca Natural. Quæst. lib. 7. cap. 21. Ostenta cæli appellat, inquiens: *Placet ergo nostris Cometas, sicut faces trabésque, & alia ostenta cæli denso aëre creari.* Ita verò Apuleius paulò pòst, illud Aristotelis, Συλλήβδην δὲ, τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων, vertit, *Atque vt breuiter comprehendam cuncta generis eiusdem, eorum quæ eiusmodi præstigias nostris inferunt oculis.*

Coruscatio.] Ita Gloss. vet. ἀστραπώδης Coruscus: Coruscare verò, idem est quod Micare; siue ἀστράπτειν, atque ita bene respondet illi quod antea dixit, *emicatque lux clara.* Venti etiam quidam dicuntur ἀστραπαῖοι, ἀφ᾽ ὧν ἀστραπαὶ γίγνονται. Postea verò statuitur differentia inter ἀστραπὴν & κεραυνὸν, id est, Coruscationem & fulmen.

30. *Adflictu.*] Vetus codex habet *adflicta*, hoc est, collisæ.

Ibid. *Vt ferro saxa attrita.*] Vet. codex legit, *vt ignifera saxa attrita.* hoc est, saxa quæ in se habent venas ignis, vt loquitur Virgilius,

Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

At non

At non ſaxa tantùm ſunt ignifera, ſed, vt inquit Seneca lib. Natur. Quæſt. 2. cap. 22. *etiam ligna ſunt idonea eliciendis ignibus, ſicut laurus, hedera, & alia in hunc vſum nota paſtoribus.* & Plinius lib. 16. cap. 40. *calida Morus, laurus, hedera & omnes è quibus ignearia fiunt. Exploratorum hoc vſus in caſtris paſtorumq́ue reperit. quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Teritur ergo lignum ligno, ignemq́ue concipit attritu.* Seneca verò loco iam citato, eleganter comparat has rationes eliciendi ignis, cum ea ratione qua fit ignis, ſiue fulmen, attritu nubium.

Lin. 32. *Seriore ſenſu concipitur.*] Elegans eſt apud Philoné eâ de re locus libro περὶ Ἀβραάμ: *βραδύτερος* inquit *καὶ θηλύτερα ὦτα ὀφθαλμῶν, ὅτι τὰ ὀφθαλμὰ φθανόντων ὑπὸ ἀτολμίας, καὶ οὐκ ἀναμενόντων μέχρις ἂν ἐκεῖνα κινήσῃ, προϋπαντιαζόντων δὲ καὶ ἀντικινῆσαι γλιχομένων.* Seneca lib. Natur. Quæſt. 2. cap. 9. *Oculus ſtatim per multa millia aciem ſuam intendit.* & cap. 13. *Ante videmus fulgorem, quàm ſenitum audiamus. quia oculorum velocior eſt ſenſus; & multum aures antecedit.*

Quod verò Ariſtoteles hic dicit, τὸ ἀκουστὸν ὑπὸ τοῦ ὁρατοῦ πέφυκε φθάνεσθαι, in Meteoris ait, τὴν ὄψιν προτερεῖν τῆς ἀκοῆς. quod eleganter probat exemplo remigationis. δηλοῖ δὲ inquit ἡ εἰρεσία τῶν τριηρῶν. ἤδη γὰρ ἀναφερόντων πάλιν τὰς κώπας, ὁ πρῶτος ἀφικνεῖται ψόφος τῆς κωπηλασίας. vbi interpres: *Cùm enim rurſus remos referunt*, malim, *attollunt*. Nam hoc eſt ἀναφέρεσθαι, quaſi ἄνω φέρεσθαι.

34. *Pernicitate ſui coruſcantes* V. cod. *claricantes* noſtræ viſioni occurrunt. Ver. cod. *conuibrant.*

Pag. 397. lin. 1. *Sonus verò verberati aëris ſerius indicio ſentitur.*] Locus malè habitus, & corruptus, cui

ita medere codicis mei ope: *Sonus verò verberato aëre, id est, alterius indicio sentitur.* vt sit sensus; Coruscationes siue fulgura statim, & per se oculorum nostrorum obtutum ferire, siue, vt Apuleius loquitur, conuibrare; Sonum verò qui excitatur, vt auribus nostris allabatur, aëris vehiculo egere. ideoque serius, sensu aurium tonitru, quàm fulgur sensu oculorum percipi.

Lin. 2. *Si robustiore fuerit incendio.*] Fulguratio enim nihil aliud est quàm aëris diducentis se, corruentisque iactatio, languidum ignem, vt inquit Seneca, nec exiturum aperiens. Fulmen verò acrioris densiorisque spiritus cursus. vbi eleganter, languidus fulguris ignis, robustiori fulminis flammæ siue incendio opponitur. Budæus in sua versione, omisit illud Aristotelis ἀναπυρωθὲν, quod tamen maximè ad fulminis definitionem pertinet. Neque enim solùm est flamma, sed vehementer accensa. Flammam verò hîc vertit Apuleius τὸ ἀστράψαι, siue τὴν ἀστραπὴν, quod anteà coruscationem dixit. ἀναπυρωθὲν verò vertit, *si robustiore fuerit incendio.*

Lin. 3. *Impetu deuehitur in terras.*] Seneca Natur. Quæst. lib. 2. cap. 12. *Fulguratio ostendit ignem; Fulminatio emittit. Illa, vt ita dicam, cōminatio est, & tonatio sine ictu: ista iaculatio cum ictu.* & vt idem cap. 21. ait; *Non naturâ ista, sed impetu distant.* Fulguratio enim futura erat fulmen, si plus virium habuisset.

Ibid. *Fulminis habet nomen atque formidinem.*] Aristoteles lib. Meteororum 2. author est, Flammæ sonitum à nonnullis Vulcani, ab aliis Vestæ risum vocari. à quibusdam verò non risum, sed amborum minas. Eius verba ita habent: γίνεται δ' ἡ

πληγὴ

πληγὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, (de Tonitru loquens) τῷ ἐν τῇ φλογὶ γινομένῳ ψόφῳ, ὃν καλοῦσιν, οἱ μὲν τὸν Ἥφαιστον γελᾶν, οἱ δὲ τὴν Ἑστίαν, οἱ δὲ ἀπειλὴν τούτων. Quem quidem sonitũ flammæ si Aristoteles Minas Vulcani aut Vestæ (per quos significatur Ignis) vocat, rectè etiam Apuleius formidinem Fulmini tribuit.

Lin. 4. *Presteras verò nominamus.*] Differunt inter se Ecnephias, Prester, & Typhon. quòd Ecnephias, spiritus est à nube liberatus, nullo obluctante: Typhon ob reluctationem nubis cum eâ conuoluitur,& in gyrum actus ad terram defertur. atq. ita quibusdam Turbo vocatur. Sic Lucretius: *Versabundus enim turbo descendit*, de Typhone loquens. Atque hic quidem Typhon, siue spiritus nullo colore inficitur, minimeque ardorem concipit. qui spiritus si tenuior fuerit,incendens, & aërem flammeo colore afficiens, Prester dicitur, συνεκπιμπρησι γὰρ τὸν ἀέρα (vt ait Aristoteles) τῇ πυρώσει χρωματίζων. hoc est, simul accendit aërem, accensione tingens & inficiens, vt scilicet ignis colorem præ se ferat.

Seneca: *Prester*, inquit, *est igneus turbo.* Quod verò Aristoteles vocat ἡμίπυρον, hoc est *Semi ignitum*, non vt Budæus vertit *semiustum*, Apuleius vertit, *cùm flammarum minus in illis fuerit.* hoc est, si fuerit minus ignitum quàm fulmen. Quod verò Aristoteles dixit σφοδρὸν καὶ ἀθρόον, Budæus vertit, *Si vniuersum violentumq́ incubuerit.* Malim, *si vehemens & confertim.* Sed & ἀθρόον verti possit repentinum siue αἰφνίδιον.

Gellius has nubiũ affectiones ita describit lib. 19. *Quin turbines etiam crebriores, & cælum atrum, & fumigantes globi* (quibus verbis τὸν ἡμίπυρον πρηστῆρα innuere

nuere videtur) *ac figura quadam nubium metuenda, quas typhonas vocabant, impendere imminerêque depressura nauem videbantur.* Τύφωνας Theon in Aratum ita à nautis dici ait (corruptè verò ibi passim legitur σίφωνας) ἐπειδὴ πολλάκις καὶ ἄυτανδρον τὸ σκάφος μετὰ τοῦ ὕδατος ἀνιμῶνται εἰς ὕψος, καὶ πάλιν ἐξαθενεῦντες, ἀφιᾶσι κάτωθεν. In Actis Apostolorum Euroaquilo vocatur ἄνεμος τυφωνικός: ventus Typhones siue Turbines excitans.

Typhonem optimè describit Plinius vbi de repentinis flatibus agit: *Si*, inquit, *depresso sinu arctius rotati effregerint sine igne, hoc est sine fulmine, Verticem faciunt*, [malo, Verticem] *qui Typhon vocatur*. hoc est *Vibratus Ecnephias*: Vltimis verò hisce verbis eum propriè ab Ecnephia distinguit. Presterem verò, hoc modo: *Idem ardentior accensusq; dum fuerit, Prester vocatur, amburens contacta pariter & proterens.* Tametsi Aristoteles, vt antea dictum est, à colore igneo quo aërem inficit, potiùs Prestera dictum vult, quàm ab effectu. & alioqui Amburere, magis proprium est τῶν κεραυνῶν αἰθαλώδων, quæ fulmina Aristoteles ψολόεντα vocat.

ARIST. τῶν δὲ κεραυνῶν, &c. vsque φερόμενοι. quæ suprà allata sunt, in Apuleio non leguntur. Budæus ita vertit: *Horum quidquid in terram impetu incubuerit,* σκηπτὸς id est *fulmen nominatur, qui* ψολόεις *dicitur, cùm fuliginem contraxit.* ἀργὴς, *si raptim emicuerit,* ἑλικίας, *si lineari specie conformatus est.* Σκηπτοὶ *dicuntur, quæcunque fulmina in quiduis illisa sunt.*

SCHOLIA IN BVD.

Τὰ αἰθαλώδη τῶν κεραυνῶν vertit Budæus, *cùm fuliginem contraxit.* Malim actiuâ significatione vertere.

tere: *Quæ fuligine inficiunt, ſimul & vrunt.* Cùm enim ſint tria genera fulminum, authore Seneca, Vnum quod terebrat, alterum quod diſcutit, tertium quod vrit: hæc αἰθαλώδη fulmina vrunt ſimul & fuligine obducunt; vt in fulguritis eſt videre. & Ariſtoteles in Meteoris huic ipſi ψολόεντι κεραυνῷ tribuit τὸ μελάναι. quod Seneca Natur. Quæſt. lib. 2. cap. 41. vertit *fuſcare*. Rectè itaque hæc fulmina ψολόεντες κεραυνοὶ, hoc eſt fuliginoſa vocantur: ψόλος enim nihil aliud eſt quàm ἀσβόλη, hoc eſt Fuligo. Homerus ψολόεντα κεραυνὸν, vt & αἰθαλόεντα vocat τὸ καυστικὸν, id eſt, adurens fulmen. Οδ. ψ.

Ἡ δ' ὡς νῆα θοὴν ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ.

eâdem ſignificatione Heſiod. φλεγέθοντα κεραυνὸν vocat. Quod ſi quis τὸ ψολόεν ad odorem fumi referre velit, non magnopere errauerit. Redolent enim ferè fuliginoſum ſiue fumeum, & ſulphureum quid hæc fulmina. Seneca etiam; omnibus fulguritis odorem eſſe ſulphureum, quædam verò velut fuligine quadam colorari teſtatur.

Ἀργῆς, *ſi raptim emicuerit.*] Malim, ſi raptim tranſmittitur, id eſt, tranſuolat. Nam hoc eſt διάττειν. ἀργῆτες autem vel à candore, vel potiùs à celeritate lapſus dicuntur. Vtrunque enim ſignificat ἀργὸς, & λευκὸν, & ταχέα. vnde & κύνες ἀργοὶ Homero dicuntur. Eſt & Ἄργης vnus Cyclopum qui Ioui fulmina fabricare finguntur. Ariſtoteles in Meteoris ἀργῆτα fulmen hoc à poëtis ita dici ait, & ob ſpiritus tenuitatem non vrere.

Helicias, ſi lineari ſpecie conformatus eſt.] Quæ ſint fulmina lineari ſpecie conformata, equidem ignoro, & omnino ratio ipſius nominis ἑλικίας non fert,

vt hæc fulmina directò ferri dicantur. Variant autem in lectione huius loci, Aristotelica exemplaria Græca. Quædam enim legunt γραμμοειδῶς φερόμενοι, quædam, γραμματοειδῶς. Ego legendum censuerim in Aristotele γαμμοειδῶς; & per hoc significari Bifida, vel hiulca fulmina, hoc est fissa & fathiscentia, quæque ad instar literæ Γ feruntur. vnde & ἐλικίαι dicta videntur hæc fulmina. ἑλιγμὸς enim συστροφὴν significat. vt apud Apollonium ἑλίκεσσι Scholiastes interpretatur, ταῖς τοῦ καπνοῦ συστροφαῖς. Si cui verò docto hæc mea coniectura non probatur, collimet rectius; Magistellos enim non moror. Per me licet, vt rideant, imò vt plorent.

Σκηπτοὶ dicuntur, quæcunq. fulmina in quiduis illisa.] σκηπτὸς alio nomine καταιβάτης dicitur, quum scilicet fulmen in terras vsque perlatum in aliquod corpus impingit. Colitur & apud Aristophanem, Iupiter καταιβάτης; vtpote καταβιβάζων vel καταπέμπων τοὺς κεραυνοὺς.

Sed vt plenior horum cognitio habeatur, adiungam quæ Tzetzes de fulminibus eorumque differentia memoriæ prodidit: citante Brodeo ad Epigr. Græca: εἴδη κεραυνῶν, inquit, πέντε. πρηστὴρ, ὁ καὶ πυρόεις καλούμενος, ὃς καταφερομένου τοῦ πνεύματος, καὶ ἐκπυρωθῆναι καὶ λεπτυνθῆναι [forte ἐκπυρωθέντος καὶ λεπτυνθέντος] γίνεται. Σκηπτὸς, ὁ καὶ καταιβάτης, ὃς γίνεται παχυνθῆναι [forte παχυνθέντος] τοῦ πυρώδους πνεύματος. ἀργὴς, ὃς διὰ τὴν λεπτοτάτην [lege διὰ τὴν λεπτότητα] οὐ φλέγει. ψολόεις, ὁ ἐν τῇ ψαύσει ὀλλύων. ἑλικίας δὲ, ὁ συστροφὰς καὶ ἕλικας ποιῶν, διὰ μέσην ταχυτῆτα [forte παχυτῆτα] καὶ ὑγρότητα τῇ πυκνότητι τοῦ ἀέρος ἀντωθέμενος.

Συλλήβδην δὲ τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων, τὰ μέν ἐστι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ, καθ' ὑπόστασιν. κατ' ἔμφασιν μὲν, ἴριδες, καὶ ῥάβδοι, καὶ τὰ τοιαῦτα. καθ' ὑπόστασιν δὲ, σέλα τε, καὶ διάττοντες, καὶ κομῆται, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. ἶρις μὲν οὖν ἐστιν, ἔμφασις ἡλίου τμήματος, ἢ σελήνης, ἐν νέφει νοτερῷ, καὶ κοίλῳ, καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν, ὡς ἐν κατόπτρῳ θεωρουμένη κατὰ κύκλου περιφέρειαν. ῥάβδος δέ ἐστιν, ἴριδος ἔμφασις εὐθεῖα. ἅλως δὲ, ἐστὶν ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρου περίαυγος. διαφέρει δὲ ἴριδος, ὅτι ἡ μὲν ἶρις ἐξ ἐναντίας φαίνεται ἡλίου τε καὶ σελήνης· ἡ δὲ ἅλως, κύκλῳ παντὸς ἄστρου. σέλας δέ ἐστι πυρὸς ἀθρόου ἔξαψις ἐν ἀέρι. τῶν δὲ σελάων, ἃ μὲν ἀκοντίζεται, ἃ δὲ στηρίζεται· ὁ μὲν οὖν ἐξακοντισμός, ἐστι πυρὸς γένεσις ἐκ παρατρίψεως ἐν ἀέρι φερομένου ταχέως, καὶ φαντασίαν μήκους ἐμφαίνοντος διὰ τὸ τάχος. ὁ δὲ στηριγμός, ἐστι χωρὶς φορᾶς προμήκης ἔκτασις, καὶ οἷον ἄστρου ῥύσις. πλατυνομένη δὲ κατὰ θάτερον, κομήτης καλεῖται.

APVLEIVS.

ATQVE *ut breuiter comprehendam cuncta generis eiusdem; eorum quæ huiusmodi præstigias nostris inferunt oculis, alia sunt quæ speciem tantùm spectaculi pariunt; alia quæ nihil ab eo quod ostenderunt mentiuntur. Fallunt imaginem Iris & Arcus, & talia: Verè videntur Cometæ, fulgores, & similia pleraque. Irin vulgò Arcum esse aiunt, quando imago Solis vel Lunæ humidam & cauam nubem densamq́ ad instar speculi colorat, & medietatem orbis sui secat. Rhabdos autem generis eiusdem ad virgæ rigorem, per longum colorata nubecula dicitur. Halysis est Catena quædam luminis clarioris, per Solis ambitum in se reuertens. Inter hanc & Irida illud interest, quòd Iris multicolor est, & semicirculo figurata, procul à sole & Luna: Catena clarior est, astrumq́ ambit orbe incolumi, coronâ non discolore. Selas autem Græci vocant, incensi aëris lucem. Horum pleraque iaculari credas, alia labi, stare alia. Iaculatio igitur tunc fieri putatur, cùm meatu aëris impulsi generatus ignis, celeritatem sui cursumq́ rapidæ festinationis ostendit. Statiua lux est; quam ςηριγμὸν illi vocant, sine cursu iugi, sed prolixa lux, stellæq́ fluor, ignitusq́ liquor, quicunque latius panditur, Cometes vocatur.*

BVDÆVS.

AD ſummam, eorum quæ in aëre apparent, alia ſpecie tenus exiſtunt, alia etiam habent naturæ ſubſiſtentiam. Speciem tantùm exhibent arcus cœleſtes, & Virgulæ, aliaque huiuſcemodi. Subſtantia etiam apparent fulgores cœleſtes, & quos emicantes vocamus, & crinitæ ſtellæ, & iis ſimilia. Arcus eſt ſpecies ſegmenti ſolaris vel lunaris, edita in nube humida, & caua, & perpetua: quam velut in ſpeculo intuemur, imagine relata in ſpeciem circularis ambitus. Virga eſt arcus cœleſtis exhibitio in directum conformata. Area eſt edita imago ſidereæ claritatis vndique illuſtrata: hactenus ab arcu differens, quòd ille è regione Solis ac Lunæ viſendum ſe exhibet, quum area ſidus totum ambitu cingere orbiculari ſoleat. Fulgor eſt ignis collectio, qui in aëre exarſit: per cœlum ille quidem aut iaculari ſpecie tranſmeans, aut vno loco fixus. At eiaculatio, ignis eſt enatus, attritu in aëre pernici motu inuehens, ob eamque pernicitatem oblongam formam ſimulans. Fulgor fixus eſt extenſio longè porrecta, & loco permanens, & tanquam profluuium ſideris. Quòd ſi in alteram partem dilatetur, Crinita ſtella vocatur.

SCHOLIA.

Lin. 8. *Quæ huiuſmodi præſtigias noſtris inferunt oculis.*] Vet. cod. *q. h. præſtigia ſummis in oc.* neutro genere vſurpans Præſtigia.

Lin. 11. *Fallunt imaginem.*] Ludit Apuleius copiâ verborum. quod enim Græci dicunt παραλογίζεσθαι, id antea *Præſtigias ſummis oculis inferre*, nunc *Fallere imagine* dixit. atque ita in V. cod. legitur, *Fallunt imagine Irides*, hoc eſt ſpecie ſui. Ouid. *Spectantia lumina fallit.*

12. *Verè videntur.*] καθ' ὑπόστασιν. Sen. Nat. Quæſt. lib. 1. cap. 15. *De Arcu quæritur & coronis, an decipiant aciem & mendacio conſtent, an in illis verum ſit quod apparet.* Theon in Aratum triplicem harum imaginum diuiſionem facit, τῶν δὲ γινομένων, inquiens, καὶ ἐν τῷ μετεώρῳ ἐφισταμένων, μεταξὺ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, Τὰ μὲν κατ' ἔμφασιν ἐστιν, τὰ δὲ μικτά, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν. καθ' ἔμφασιν μὲν, οἷον ἶρις. μικτὰ δὲ, παρήλιος. καθ' ὑπόστασιν δὲ κομῆται, πωγωνίαι, λαμπάδες, ἄττοντες. fort. διάττοντες.

Cometæ, fulgores.] Omiſit Apuleius id quod eſt in Ariſtotele, διάττοντες, quod Budæus vertit, *Emicantes*. Ariſtoteles in Meteoris, διαθέοντας ἀστέρας vocat, quod interpretes vertunt *diſcurrentes ſtellas*. alibi verò Ariſt. οἱ δοκοῦντες ἀστέρες διάττειν. neq. enim Stellæ proſiliunt. διάττοντες ait Theon Arati Scholiaſtes ἀστέρες μὲν οὐκ εἰσί, χύσεις δὲ πυρὸς φερομένου ἐκ παρατρίψεως ἀστέρων. Seneca: *Interim illud exiſtimo huiuſmodi ignes exiſtere aëre vehementius trito.* & paulò poſt: *Ex hac vexatione* (hoc eſt, vehementi attritione) *naſcuntur Trabes & globi & faces & ardores.* Ariſtoteles in Meteoris addit & τοὺς καλουμένους vt ipſe ait, ὑπό τινων δάλους καὶ

λας καὶ αἶγας. Capras vocans, fortaſſe quòd inſtar caprarum barbulas quaſdam propendentes habeant. de quibus Sen. Natur. Quæſt. lib 1. cap. 1. *Ariſtoteles quoddam genus ignium, Capram vocat. Si me interrogaueris quare, prior mihi rationem reddas oportet; quare Hœdi vocentur.* Seneca verò has Capras, Globos ignis eſſe dicit.

Lin. 13. *Imago Solis vel Lunæ.*] V.cod. *imago Solis, vel imago Lunæ.* quæ repetitio vocis *imago*, non eſt otioſa. Rectius verò Imaginem vertit Apuleius τὴν ἔμφασιν: quàm Budæus, *ſpeciem* quæ eſt εἶδος.

Ibid. *Humidam & cauam nubem*] Duas cauſas Iridos ſtatuit, vt & Seneca, Solem & nubem. quia nec ſereno vnquam fit, nec ita nubilo vt Sol lateat.

Lin. 14. *Ad inſtar ſpeculi.*] *Manifeſtum eſt*, inquit Seneca de Iride loquens, *Speculi ratione reddi imaginem, quia nunquam niſi ex contrario redditur, id eſt, niſi ex alterâ parte ſteterit quod apparet, ex altera, quod oſtẽdit.* Nihil autẽ tam citò redditur à ſpeculo, quàm imago. Non enim facit quicquam, ſed oſtendit.

Lin. 15. *Rabdos autem.*] Seneca lib. Nat. Quæſt. 1. cap. 9. *Virgæ nihil aliud quàm imperfecti arcus ſunt. Nam facies quidem illis eſt picta, ſed nihil curuati habent. in rectum iacent.*

Lin. 17. *Halyſis eſt catena.*] Quæ Ariſtoteli dicitur ἅλως, hoc eſt Area Solem vel Lunam ambiens, Apuleio vocatur ἅλυσις, hoc eſt, catena. vt ſignificet ἅλων ita ambire Solem & Lunam, quemadmodum ἅλυσις τὸν τράχηλον, id eſt, vt catena collum. ita vt vtrobiq. ſignificetur περιφέρεια ſiue ambitus quidã: vnde & à Theone ita definitur: ἅλως (non, vt legitur ἄλλως) φαντασία φωτὸς, κυκλοειδοῦς περὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην

συνιστα-

ζυνισαμένη, ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ἐπικειμένου καὶ πάχεος ὄντος. Optimè verò ratione nominis ἅλως explicat Seneca Natural. Quæst. lib. 1. cap. 2. *Ob hoc*, inquiens, *tales splendores Græci Areas vocauêre, quia ferè terendis frugibus loca destinata sunt rotunda.* Hac ipsa ratione circulum illum varij coloris circa Solem quem Græci ἅλων vocant, idem Seneca Coronam aptissimè dici posse author est. Philostratus etiam libro De vita Apollonij octauo, στέφανον appellat. cuius locum quia insignis est adscribam: περὶ δὲ τὸν χρόνον, inquit de Apollonio loquens, ὃν ἐν τῇ ἑλλάδι ἐνεσπούδαζεν, ἐπεῖχε τὸν οὐρανὸν διοσημία τοιαύτη. Τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον περιελθὼν στέφανος ἐοικὼς ἴριδι, τὴν ἀκτῖνα ἠμαύρου. ὅτι μὲν δὴ ἐς νεώτερον [leg. νεωτερισμὸν] ἡ διοσημία ἔφερε, δῆλα ἦν πᾶσιν. De qua coronâ consultus Ephesi ab Archonte Græciæ Apollonius, vt ibidem refert Philostratus, respōdit: θάρρει, ἔσται γάρ τι ἐκ τῆς νυκτὸς ταύτης φῶς. Cognitum verò esse postea, eâ ipsâ horâ quâ Apollonius id Ephesi prædixerat, Domitianum à Stephano (hoc enim διοσημία illa siue στέφανος portenderat) interfectum. Quæ quidem Coronæ tametsi in vicinia syderum fieri eaque cingere & coronare videantur, plurimum tamen ab illis absunt. Non longè à terra, vt idem Seneca ait, fit talis effigies quam visus noster solitâ imbecillitate deceptus, circa ipsum sidus putat positam. In viciniâ autem Solis & stellarum nihil tale fieri potest, quia illic Æther est tenuis.

Lin. 19. *Iris multicolor est.*] V. cod. legit *multicolora.* vt & paulo pòst pro *discolore* legit *discolora.*

21. *Selas.*] σέλας à Græcis vocatur τὸ φῶς πυρὸς, hoc est splendor ignis, vnde & σελήνη, id est, Luna dicta est, παρὰ

est, παρὰ τὴν λαμπρότητα τὴν περὶ αὐτὴν γινομένην. Ardores vocat Seneca.

Lin. 22. *Horum pleraque iaculari credas, alia labi, stare alia.*] Ita Seneca Natur. Quæst. lib. 1. cap. 14. *Aliquando fixi & hærentes ardores fiunt, nonnunquam volubiles.* & lib. 1. cap. 1. *Audi quid de ignibus Philosophia velit, quos aër transuersos agit. Magnâ vi illos excuti argumentum est, quòd obliqui feruntur, & pro rapida celeritate apparet illos non ire, sed proiici.* Aristoteles opponit inter se ἀκοντίζεσθαι καὶ στηρίζεσθαι. Apuleius, *Iaculari & stare.* Seneca: *Volui, & fixum hærere.*

Lin. 24. *Cùm meatu aëris impulsi generatus ignis.*] V. cod. *cùm meatu aëris atque impulsu g. ig.*

Lin. 25. *Statiua lux.*] hoc est, fixum atque hærens selas.

Lin. 26. *Quam στήριγμον illi vocant.*] Gloss. vetus στήριγμα interpretatur Firmamentum, eâdem significatione qua στερέωμα, id est, Statumen, Firmamentum. Alioqui verbum στηρίζω partim actiuè significat, firmo, stabilio, fulcio: tum verò etiam neutraliter, *Sto*; consisto, & vt Gloss. Vetus interpretatur *Obstineo.* Inde apud Mathematicos Planetæ dicuntur στηρίζειν, cùm Obstinent, id est, cùm cessant vlterius progredi.

Lin. 27. *Sed prolixa lux, stellaq; fluor, ignitusq; liquor. quicunque latius panditur, Cometes vocatur.*] Locus corruptus, & à deprauatâ distinctione laborans. Vet. codex ita legit: *Sed prolixa lux stellæ, qua efflueret ignitus liquor, qui cùm latius quatitur, Cometes vocatur.* Seneca Natur. Quæst. lib. 1. cap. 15. *Horum ignis in exitu sparsus est. hoc est in extremis partibus.*

ARIST.

Πολλάκις δὲ, τῶν μὲν σελάων, τὰ μὲν ἐπιμένει πλείονα χρόνον, τὰ δὲ παραχρῆμα σβέννυται. πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται, λαμπάδες τε καλούμεναι, καὶ δοκίδες, καὶ πίθοι, καὶ βόθυνοι, κατὰ τὴν πρὸς ταῦτα ὁμοιότητα ὧδε προσαγορευθεῖσαι. καὶ τὰ μὲν τούτων, ἑσπέρια, τὰ δὲ, ἑῷα, τὰ δὲ, ἀμφιφαῆ θεωρεῖται· σπανίως δὲ, βόρεια καὶ νότια, πάντα δὲ ἀβέβαια. οὐδέποτε γάρ τι τούτων ἀεὶ φανερὸν ἱστόρηται κατεστηριγμένον. τὰ μὲν τοίνυν ἀέρια, τοιαῦτα.

APVLEIVS.

SED *plerunque luces istæ repentino ortæ, statim occidunt: & item vt se ostenderint, aliquantisper manent, Genera. quas Græci Faces, & Docidas, & Pithos, & Bothynos ad eorum similitudinem vnde dicta sunt nominant, rarò de Septentrione vel Meridie videas. nihil horum quippe.*

*
* *

BVDÆVS.

SÆPENVMERO autem euenit, vt fulgores tempore multo maneant: sæpè vt confestim extinguantur. Complures item & aliæ rerum formæ cernuntur in cælo apparentium: vt quæ Faces, quæ Trabeculæ, quæ Dolia

Dolia, quæ Scrobes nuncupantur: omnia ab earum rerum ſimilitudine appellata, vnde nomina mutuata ſunt. Eaque partim in occidua mundi parte: partim in Oriente cernuntur: partim etiam ambiguo in vtranque partem editu: raro vel Septentrionali, vel Auſtrino. Cæterùm omnia incerta. Quippe nihil huiuſcemodi hactenus proditum eſt memoriæ ita fuiſſe conſtabilitum rato ſitu & conſtituto, vt ſemper conſpicuum fuerit. Atque huiuſcemodi ſunt, quæ in natura animabili aëriaque fiunt.

SCHOLIA.

Lin. 29. *Statim occidunt.*] Seneca, *Cito intercidunt, quia ſine fundamento ſunt & ſede certâ.* quod idem eſt ac ſi dixiſſet, οὐ στηρίζεται: Seneca etiam alibi, *Horum aliqua non patiuntur moram, ſed tranſcurrunt aut extinguuntur ſubinde quâ reluxerant.*

Ibid. *Se oſtenderint.*] ratione ſpeculi ſcilicet. Vtitur itaque verbo proprio *Oſtendere.* quod & Seneca vſurpat de Iride agens, vt ſuprà oſtendimus ad illud Apuleij, *ad inſtar ſpeculi.*

Lin. 30. *Aliquantiſper manent. Genera.*] Locus corruptus & mutilus. MS. cod. habet, *aliquantiſper manent ſine vlla imaginum genera.* Æquè corruptè. Filum verborum Ariſtotelis nos ad veram lectionem ducit. Cùm enim Ariſtoteles in iis verbis παραχρῆμα σβέννυται ſententiam claudat, deinde nouam ſententiam ordiens dicat, πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φαντασμάτων ἰδέαι

τῶν ἰδέαι θεωροῦνται): corrigenda proculdubio est Codicis manusc. lectio hoc pacto. *aliquantisper manent. Sunt verò & alia imaginum genera.* quæ nimirum recenset: quod & Coluius vidit.

Ibid. *Docidas.*] Seneca Latino nomine Trabes vocat, πίθους verò (ita enim in Apuleio legendum) Pithias. à similitudine nimirum doliorum quam præ se ferunt. tametsi Trabes & Pithias rarò visas esse ait. quòd multa conglobatione ignium indigeant, cùm ingens illorum orbis aliquando matutini amplitudinem Solis exuperet.

Lin. 32. *Nominant rarò.*] Locus Apuleij hiulcus & mutilus. neque enim reddit verba illa Aristotelis, καὶ τὰ μὲν τούτων, ἑσπέρια· τὰ δὲ ἑῷα. quæ ex MS. cod. ita supple. *Et quædam vespertina sunt notiora.* Putarim legendum, *Et quidem vespertina sunt notiora.* ita vt breuitatis causâ alteram partem omiserit, nimirum matutina non ita esse nota.

Per hoc autem *Vespertina sunt notiora*: videtur Apuleius interpretari voluisse illa Aristotelis, τὰ δὲ ἀμφιφανῆ θεωρεῖται. pro quo legendum omnino censuerim, τὰ δὲ ἑσπερινὰ, ἀμφιφανῆ θεωρεῖται, cui opponit τὸ πρωΐας, quod sequitur. Vesperi enim multò manifestius apparent, quàm manè. Seneca verò etiam interdiu huiusmodi faces fieri ait, sed ob splendorem & lucem diei non cerni. Verba illius ita habent: *Quid si dicam stellas interdiu non esse, quia non apparent? quemadmodum illæ latent, & Solis fulgore obumbrantur: sic Faces quoque transcurrunt interdiu, sed abscondit eas diurni luminis claritas.* Videtur tamen Aristoteles per ἑσπέρεια & ἑῷα potius intellexisse, quæ ad Occasum & Orientem apparent. & raro ad Meridiem

ridiem vel Septentrionem videri. In quo videtur Apuleius ab Aristotele dissentire. Et omnino pro eo quod est in omnibus Apuleij editionibus, *rarò de Septentrione vel Meridie videas*: M S. codex meus legit, *paria de Sept. vel merid.*

Lin. 33. *Nihil horum quippe.* * *] Pendet planè mutila sententia. Coluius Apuleij castigator δαίτυτος, in Notis suis tale quid deesse autumat: *Immobile esse pristinis libris proditum est.* vbi quid per pristinos Libros intelligẽdum sit, ipse sibi sit Oedipus. Ego simpliciter verterim, id quod Aristoteles ait, οὐδέποτε γάρ τι τούτων ἀεὶ φανερὸν ἱστόρηται κατεστηριγμένον, *Nunquam enim quicquam horum perpetuo conspicuum obstinuisse in historiis legimus.* Vetus Codex hanc lacunam ita supplet: *Nihil horum quippe loci vel temporis in nascendo idem potuit obtingere.* quæ etiam ipsa corrupta & mutila videntur. Sensus est, Non diu vno in loco hærentia vnquam visa. Subiungit deinde M S. cod. *de re tantum habuimus quod diceremus.* lege, *De Aëre tantum*, &c. Respondet enim illis verbis Aristotelis, Τὰ μὲν τοίνυν ἀέρια, τοιαῦτα.

ARISTOTELES.

Ἐμπεριέχει δὲ καὶ πολλὰς ἡ γῆ ἐν αὑτῇ καθάπερ ὕδατος, οὕτω καὶ πνεύματος καὶ πυρὸς πηγάς. τούτων δὲ, αἱ μὲν ὑπὸ γῆν, εἰσὶν ἀόρατοι, πολλαὶ δὲ ἀναπνοὰς ἔχουσι καὶ ἀναφυσήσεις. ὥσπερ Λιπάρα τε καὶ Αἴτνη, καὶ τὰ ἐν Αἰόλου νήσοις. αἳ δὴ καὶ ῥέουσι πολλάκις ποταμῶν δίκην, καὶ μύδρους ἀναρρίπτουσι

διαπύρους. ἔνιαι δὲ ὑπὸ γῆν οὖσαι, πλησίον πηγαίων ὑδάτων, θερμαίνουσι ταῦτα. καὶ τὰ μὲν, χλιαρὰ τῶν ναμάτων, ἀνιᾶσι. τὰ δὲ ὑπέρζεστα, τὰ δὲ, εὖ ἔχοντα κράσεως. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν πνευμάτων πολλὰ πολλαχοῦ γῆς στόμια ἀνέῳκται. ὧν τὰ μὲν, ἐνθουσιᾶν ποιεῖ τοὺς ἐμπελάζοντας. τὰ δὲ, ἀτροφεῖν, τὰ δὲ, χρησμῳδεῖν, ὥσπερ τὰ ἐν Δελφοῖς καὶ τὰ ἐν Λεβαδίᾳ. τὰ δὲ, καὶ παντάπασιν ἀναιρεῖ, καθάπερ τὰ ἐν Φρυγίᾳ.

APVLEIVS.

SED *non Aquarum modò Tellus in se fontes habet, verùm spiritu & igni fœcunda est. Nam quidam sub terrâ occulti sunt spiritus, & flantes incendia indidem suspirant, vt Lipara, vt Ætna, vt Vesuuius etiam noster solet. Illi etiam ignes qui terræ secretariis continentur, prætereuntes aquas vaporant, & producunt. Longinquitate enim flammæ tepidiores aquas reddunt; viciniâ, feruentiores. opposito incendio aquæ vruntur; vt Phlegetontis amnis, quem Poëtæ sciunt in fabulis Inferorum. At enim illos quis non admirandos spiritus arbitretur, cùm ex his animaduertat accidere, vt eorum religione lymphantes, alij sine cibo potuq; sint, pars verò præsagiis effantes futura? quod in oraculis Delphicis ceterisq; est. Vidi*

& ipse

& ipse apud Hieropolin Phrygiæ, non adeò ardui montis vicinum latus hiatu reseratum, & tenuis neque editæ marginis ambitu circundatum: seu illa, vt Poëtæ volunt, Ditis spiracula dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima quæque animalis & in aluum prona atque proiecta venenati spiritus contagione corripiunt, & vertice circumacta interimunt. Antistites denique ipsos semiuiuos esse, qui audeant propius accedere, ad superna semper sua ora tollentes. adeò illis cognita vis mali & inferiora aëris noxia craßitate densa est. inferiores quoque adire & percellere.

BVDÆVS.

IAM verò terra continet etiam ipsa in se, vt aquæ, ita spiritus ignisque scaturigines, quarum quædam sub terra latent, oculis humanis subductæ, multæ spiracula habent, emissariaque vaporis, vt Lipara, vt Ætna, vt Æoliæ insulæ, quæ quidem sæpè & ipsæ fluminum more fluunt, ignitasque ferri glebas euomunt. Nonnullæ verò huiusmodi scatebræ secundùm fontes sitæ, aquas inde manantes calefaciunt, aliquæ inde vt tepentes, efferuefactæ aliæ, quædam modicè temperatæ vt emittantur. Multis etiam in locis Orbis, exitus spirituum pari ratione patefacti

ſunt. Quorum partim fanatico furore afficiunt homines propiùs accedenteis: partim tabifica vi abſumunt, partim fatidicos efficiunt, vt Delphici & Lebadici: ſunt & qui prorſus enecent, vt in Phrygia.

SCHOLIA.

Pag. 398. lin. 4. *Ignes qui terræ ſecretariis cont. præt. aq. vaporant.*] De variis & prodigioſis nonnullis Thermarum aquarumque ſulfuratarum effectibus exſtat elegans carmen Pauli Silentiarij. quod quidem magnam huic loco lucem adferre poſſet, niſi ita corruptum miſereque diſcerptum in Anthologiâ Stephanianâ legeretur. quod tamen in gratiam φιλελλήνων *pariter &* φιλομούσων ad libelli huius calcem adiunxi integritati ſuæ reſtitutum.

Lin. 5. *Et producunt. long. enim. fl. temp. aq. red. vic. feruent.*] Baſilienſis editio, vti notauit Coluius, rectiùs hæc diſtinguit. MS. cod. ita legit, & produnt longinquitatẽ flammæ, cum tepidiores aquas reddunt: Viciniam, cùm feruentiores.

Lin. 8. *Quem poëtæ ſciunt.*] Vet. codex *quem pateſcunt.*

Lin. 10. *Vt eorum religione lymphantes, alij.*] Coluius emendat, *Deorum religione.* Ego delendum cenſeo comma quod eſt poſt *lymphantes*, & τὸ *eorum* referendum ad *alij*, quod idem eſt atque id quod poſteà ſequitur, *pars*. Notandum verò, Religionem hîc accipi pro ritu & formidine non deorum, ſed ſpirituum qui occulti, vt ſuprà dixit, ſub terra flantes incendia indidem *ſuſcitant*. ita enim malim legere,

gere, quàm *ſuſpirant.* Formidinis autem vim eleganter deſcribit Seneca Nat. Quæſt. lib. 6. cap. 28. *Nemo, inquiens, ſine aliquâ iacturâ ſanitatis expauit: ſimiliſq́; furenti, quiſquis timet. Sed alios citò timor ſibi reddit; alios vehementius perturbat & in dementiã tranſfert. Inde inter bella errauêre lymphatici: nec vſquam plura exempla vaticinantium inuenies, quàm vbi formido mentes religione mixta percuſſit.*

Lin. 12. *Quod in oraculis Delphicis.*] Ariſtoteles, Τὰ ἐν Δελφοῖς, καὶ τὰ ἐν λεβαδίᾳ. Nota ſunt oracula Delphica apud Delphos, terræ vmbilicum vocatum, vt ex Pindaro & Sophocle conſtat, quorum ille ὄμφαλον γῆς: hic μεσόμφαλα appellat. Oracula quo pacto inde ederentur, deſcribit Strabo Geogr. lib. 9. his verbis: φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον, ἄντρον κοῖλον κατὰ βάθος, οὐ μάλα διεύστομον, ἀναφέρεσθαι δ' ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν. ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλὸν ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα. Qui locus hunc Apuleij commodè explicat, cùm è ſpecu efferri ſpiritum ἐνθουσιαστικὸν, quod idem eſt atque lymphaticum, aſſerat, & Pythiam eo ſpiritu excepto ἀποθεσπίζειν, hoc eſt, vt vertit Apuleius, *Præſagiis effari futura.* Apud Lebadiam verò Iouis Trophonij oraculum eſſe teſtatur idem Strabo, χάσματος ὑπονόμου κατάβασιν ἔχον. καταβαίνει δ' αὐτὸς ὁ χρηστηριαζόμενος. In hoc itaque differebat â Delphico, quòd ibi ſpiritus è ſpeluncâ efferebatur, quem excipiebat vates; hîc verò, vates ipſe in ſpecum deſcendebat, atque ibi ſpiritu adflabatur.

Lin. 13. *Apud Hieropolim Phrygiæ.*] Vet. codex *Hierapolim.* atque ita Strabo; de quâ ita lib. XII.

Σχεδὸν δέ τοι εὔσειστός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον χώρα, καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. διατέταται γὰρ ἀπὸ τῶν πεδίων ἀρξαμένη πᾶσα ἡ τοιαύτη κατασκευὴ τῆς χώρας εἰς τὰ Χαρώνεια, τότε ἐν Ἱερᾷ πόλει, &c. & paulo pòst totam illam vicinam regionem εὐεκπύρωτον esse dicit.

Lin. 14. *Vicinum latus hiatu reseratum.*] Lege ex Veteri meo codice, *Vicinum latus natiui oris hiat.res.* Hæc verò cùm Apuleius ipse se apud Hierapolim vidisse testetur, latiùs persequitur quàm Aristoteles, ad hæc verba vsque, *adire & percellere*, vbi ad Aristotelem redit.

Lin. 16. *Seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima quæque animalis*, &c.] Vet. cod. periodum claudit post *credi.* deinde nouam sententiam ita orditur. *Prior ratio est, proxima quæque animalia*, &c. atque ita etiam habet Aldina editio, & sic omnino legendum *animalia*, non, vt alij libri habent, *animalis*. In reliquis malim lectionem vulgarem retinere. vt sit sensus: priorem rationem, hoc est potiorem sententiam esse, mortiferos anhelitus ex eo specu emitti; non autem ibi esse spiracula Ditis.

Lin. 18. *In aluum prona atque proiecta.*] Hæc ratio est cur apud Homerum, Canes & muli primùm inficiantur peste, mox alia animantia bruta, vltimi verò homines, quòd nimirum, (vt eleganter annotauit Eustathius) λοιμὸς ἐκ τῶν ἐνδοτέρω πεδιάδων ἀρξάμενος πρῶτα μὲν πάσης νομαδιαίας ἀγέλης ἥψατο, διὰ τὸ ἐγγυτέρω εἶναι τοῦ πρωτοπαθοῦς ἀέρος, καὶ εὐθὺς μεταλαμβάνειν αὐτοῦ τῇ κάτω πρὸς τὴν γῆν νεύσει. πλέον δὲ τοὺς ὀρέας ἔβλαψεν, οἳ καὶ αὐτοὶ κάτω κεκυφότες, ἀδιαφορήτου σήψεως μετέχοντες. Animantia itaque bruta quo odoratus

instrumen-

inſtrumentum ipſis eſt vicinius terræ,eo facilius inficiuntur ab aëre peſtilentiali campeſtria loca inſidente.

Quando verò contingit, ſuperiorem aërem corrumpi, tum faciliùs inficiuntur Aues, proximè homines, vltimò armenta. quod & ipſum pulchrè eodem loco Euſtathius interpretatur: ἀλλ' ἐὰν ἐκ διεφθορότος τοῦ ὕψους ἀέρος ᾖ τὸ κακὸν, Peſtis ſcilicet, πλῶναι περιστρέφωνται τοῦ πάθους, καὶ οἱ ἀκροβολισμοὶ τοῦ ὀλέθρου κατ' οἰωνῶν γίνονται. Propriè verò Apuleius Animalia in aluum prona atque proiecta dixit, vt & Ouidius:

Pronaq; cùm ſpectent animalia cetera terras,
Os homini ſublime dedit, cælumq; tueri
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Antiſtites verò, ad ſuperna ſemper ora ſua tollere, vt videlicet odorandi ſenſus tanto remotior ſit à terrâ, vnde ille mortiferus anhelitus exhalat.

Lin. 19. *Antiſtites denique ipſos ſemiuiuos.*] Ita omnes editiones. & vetus etiam codex, corruptè procul dubio. Legendum enim omnino *ſemiuiros* (vt & Coluius emendauit) hoc eſt Euiratos. Sacerdotes enim Cybeles intelligit, Gloſſ. vetus Euirati ἀπόκοποι. & aliud Gloſſ. ἀπόκοπος Caſtratus. qui aliis vocabulis σπάδωνες, τομίαι, & εὐνοῦχοι vocantur.

Lin. 21. *Adeò illis cognita vis mali & inferioris aëris noxia craſſitate denſa eſt.*] Verbum *eſt* periodum claudens loco ſuo motum, & literæ aliquot mutatæ, ſententiam turbant. cui ita ope mei Codicis MS. ſubueni: *adeò illis cognita eſt vis mali ad inferiora aëris noxiî craſſitate denſa.* Nam quòd Coluius pro *& inferiora* autumat legendum *etiam inferior*, vel *inferiore* vel *inferioris*: fruſtra eſt. neque enim cum ſubſe-

I 5 quenti

quenti verbo *est* rectè cohærere possunt. nisi ita vt ex Vet. codice emendaui legantur. Ponendum itaque est post *densa* comma. & deinceps ita legendum: *inferiores quoque facilius adire atque percellere.* vt sit sensus: quo quis penitius hiatum illum ingreditur, eo magis venenati illius spiritus contagione, ex imo exhalantis, infici ac lædi.

ARISTOTELES.

Πολλάκις δὲ καὶ συγγενὲς πνεῦμα εὔκρατον ἐν γῇ παρεξωσθὲν εἰς μυχίους σήραγγας αὐτῆς, ἔξεδρον γενόμενον ἐκ τῶν οἰκείων τόπων, πολλὰ μέρη συνεκράδανε. πολλάκις δὲ πολὺ γενόμενον ἔξωθεν, ἐγκατειλήθη τοῖς ταύτης κοιλώμασι, καὶ ἀποκλεισθὲν ἐξόδου, μετὰ βίας αὐτὴν συνετίναξε, ζητοῦν ἔξοδον ἑαυτῷ: καὶ ἀπειργάσατο πάθος τοῦτο, ὃ καλεῖν εἰώθαμεν σεισμόν. τῶν δὲ σεισμῶν, οἱ μὲν εἰς πλάγια σείοντες κατ᾽ ὀξείας γωνίας, ἐπικλίνται καλοῦνται· οἱ δὲ ἄνω ῥιπτοῦντες καὶ κάτω κατ᾽ ὀρθὰς γωνίας, βράσται. οἱ δὲ συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοῖλα, χασματίαι. οἱ δὲ χάσματα ἀνοίγοντες, καὶ γῆν ἀναῤῥηγνύντες, ῥῆκται καλοῦνται. τούτων δὲ, οἱ μὲν, καὶ πνεῦμα προσαναβάλλουσιν, οἱ δὲ πέτρας, οἱ δὲ πηλὸν, οἱ δὲ πηγὰς φαίνουσι τὰς πρότερον οὐκ οὔσας. τινὲς δὲ, ἀνατρέποντες κατὰ μίαν πρόωσιν, οὓς

καλοῦσιν

καλοῦσιν ὤσας. οἱ δὲ ἀναπάλλοντες, καὶ ταῖς εἰς ἑκάτερον ἐκκλίσεσι καὶ ἀναπάλσεσι διορθοῦντες ἀεὶ τὸ σειόμενον, παλματίαι λέγονται, τρόμῳ πάθος ὅμοιον ἀπεργαζόμενοι. γίνονται δὲ καὶ μυκητίαι σεισμοί, σείοντες τὴν γῆν μετὰ βρόμου. πολλάκις δὲ χωρὶς σεισμοῦ γίνεται μύκημα γῆς, ὅταν τὸ πνεῦμα σείειν μὲν μὴ ᾖ αὔταρκες, ἐνειλούμενον δὲ ἐν αὐτῇ, κόπτηται μετὰ ῥοθίου βίας. συσσωματοποιεῖται δὲ τὰ εἰσιόντα πνεύματα καὶ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ ὑγρῶν κεκρυμμένων.

APVLEIVS.

Atqve sæpe accidit, vt statim spiritus per terræ concauas partes errantes, continerent solida terrarum: sæpius, vt spiritus crescente violentiâ, & insinuante se Telluris angustiis, nec inuenientes exitum, terram mouerent. Horum motuum tam varia nomina, quàm diuersi. Namque qui lateribus proxima quæq; iactantes, & acutis angulis mobiles, Epiclinctæ Græcè appellantur. Sed qui subsiliunt excutientes onera, & recuperantes, Brastæ vocantur. Illi qui abstrudere videntur, quorum impulsu dissilit Tellus, Rhectæ nominati. His passionibus contingit, vt quædam terræ expirent halitus, aliæ vomant saxa, nonnullæ cauum. Sunt quæ fontes pariunt insolentibus locis, pere-

grinorum

grinorum fluminum ſulcantes vias. Iſti ſunt motus quibus ſolum quatitur. Palmatiæ verò appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant ſine inclinationis periculo nutant, cùm directi tamen rigoris ſtatum retineant. Micetias vocatur tetri odoris inquietudo terrena. audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expreſsis, cùm ſpiritus inualidus ad terram mouendam per aperta telluris inuentis itineribus progreditur.

BVDÆVS.

FREQVENTER fit etiam vt congenitus ſpiritus in terra conditus, cùm aberrans inſinuarit in abſtruſos quoſdam eius atque cæcos meatus, quaſi ſedibus ſuis erumpens, multis in locis vibrantem motum cieat. Eſt etiam nec rarò, cùm flatus aduena, introrſus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni excluſus, intus ſeſe verſando, ingenti vi terram quatiat, nequicquam exitum inde quæritans: ex quo fit naturæ facinus, quod vocamus Terræmotum. Terræmotuum autem ij qui ad angulos acutos in obliquum quatiunt, Epiclintæ appellantur, quaſi in tranſuerſum ſe agentes. Surſum verò deorſumque ad angulos rectos iactantes, Braſtæ vocantur, à ſimilitudine aquæ efferueſcentis. At qui labes terræ relinquunt in caua ſubſidentis,

dentis, ab hiatu Chaſmatiæ nominati ſunt. Quem hiatum ij qui vi eruptione facta patefaciunt, Rhectæ: id eſt, effractores, dicti ſunt. Iam horum aliqui flatum ſecum erupturũ rapiunt: alij ſaxa, alij cœnum. ſunt qui fontium ſcatebras edidêre, quæ antea non erant. Oſtas, id eſt truſores, vocant, qui vno obnixu ſubuertunt quod impulerunt. Sunt etiam qui quaſſabundi, atque vtroque declinantes vibrãteſque, quod mouerint, ſemper erigunt: ob id Palmatiæ: hoc eſt, vibratores, dicti: efficiuntque terræmotum tremoris non diſſimilem. Appellantur etiam Myceticæ, terræmotus qui cum mugitu quatiunt, indito ob id nomine: quanquam ſæpè terræ mugitus abſque terræmotu contigerit: id quod aſſolet, quum ſpiritus impar quatiendæ terræ fuerit, intuſque cohibitus ac conuolutus arietarit impetu vehementi. Adde quòd flatus qui terram ſubierint, corroboratiores fiunt à liquoribus terrenis qui intus conditi ſunt.

SCHOLIA.

Lin. 23. *Atque ſæpius accidit, vt ſtatim ſpiritus.*] Primam hanc dictionem *Atque* non agnoſcit Aldina editio. & omnino eſt ſuperuacua. aut certè pro eâ legendum *Atqui.* Pro *ſtatim* verò ſunt qui legendum putarint *Statiui.* quid autem magis contrarium

rium eſt *Erranti* (ſubiungit enim ſtatim, *per concauas terræ partes errantes*) quàm *Statiuum*? Vetus codex meus ita legit: *Sæpe accidit vt natiui ſpiritus*, &c. Explicat verò τὸ *natiui* illud Ariſtotelis συγγενὲς.

Lin. 24. *Continerent ſolida terrarum.*] Ita omnes editiones. corruptè. Legendum enim omnino ex V. cod. *concuterent*. quod & iuuenis eruditiſſ. Petrus Coluius animaduertit. Eſt enim συντινάσσειν *concutere*. vnde & apud Sophoclem τινάκτωρ γαίης Neptunus dicitur, qui Homero εἰνοσίχθων, & ἐνοσίγαιος. Ita Seneca: *Si mundus concutitur, & partes eius ſolidiſſimæ labant.*

Lin. 24. *Spiritus per terræ concauas partes errantes.*] Vide Senecam Natural. Quæſt. lib. 6. cap. 5. qui cauſas concuſſionis terræ varias à Philoſophis cenſeri ſcribit. cùm alij in aqua, alij in ignibus, alij in ipsâ terrâ, alij in ſpiritu, alij in pluribus, alij in omnibus his Terræmotus cauſam collocent. Spiritum tamen eſſe qui moueat. & plurimis & maximis authoribus placere ait capite eiuſdem libri 12. Hoc interim nobis in tanta ſententiarum diuerſitate ſtet fixum: Arduum eſſe de his quæ coniecturá ſequenda ſunt, aliquid certi promittere.

26. *Et inſinuante ſe.*] lege ex cod. M S. *inſinuantes*, & quidem rectè. Reſpondet enim hoc illi quod ſequitur, *nec inuenientes exitum*. quod idem eſt atque quod Seneca ait, *cum illi curſus interdictus eſt*. Inuicta enim res eſt ſpiritus vt idem ille eleganter ait, quandiu non impeditur, placidè fluit: cùm offenditur & retinetur, inſanit & moras ſuas arripit, non aliter quàm ille Poëtæ,

— Pontem indignatus Araxes.

28. *Nam*

28. *Nam qui lateribus proxima quæq; iactantes.*] Mutilus planè eſt ſenſus ſi legas *qui*, vt pleræque editiones: codex M S. etiam in vitio eſt: ita enim legit: *Iamque albiquus lateribus.* Lege meo periculo, *Namque obliquis lateribus*, &c. Hoc enim eſt id ipſum quod Ariſtoteles dicit εἰς πλάγια σείοντες. Seneca Natural. Quæſt. lib. 6. cap. 21. hoc genus Terræmotus vocat *Inclinationem*, alludens ad Græcam appellationem ἐπικλίντου. *quum*, inquit, *Terra mutat in latera, nauigij more.* Quam verò Seneca Inclinationem vocat, alij ἐκτιναγμὸν dixerunt.

29. *Epiclintæ.*] Ita ex Ariſtotele legendum videtur. alioqui M S. cod. meus legit, *epidetæ*; quod corruptum videtur ex *Epicletæ.* & hoc, ex Epiclintæ. Vulgata typis exemplaria pleraque habent *Epiditæ.* In Aldinâ verò editione tota hæc periodus cuius initium, *Horum motuum*, &c. ad hæc vſque *Rhectæ ſunt nominati.* non legitur.

30. *Sed qui ſubſiliunt*, &c.] Vetus cod. *Qui ſubſiliunt*, &c. abſque coniunctione *ſed.*

Ibid. *Excutientes onera & recuperantes.*] adde ex MS. cod. *directis angulis mobiles.* Hoc enim reſpondet verbis Ariſtotelis κατ᾽ ὀρθὰς γωνίας.

31. *Braſtæ vocantur.*] Vet. cod. *Bræſtæ vocitantur*, rectius Braſtæ. dicti autem ſunt βράσται à ſimilitudine ebullientis aquæ, vt Schol. Pindari in illud, ἐκ δ᾽ ἄρ᾽ αὐτοῦ πομφόλυξαν δάκρυα χλωρᾶν βλεφάρων. Interpretatur τὸ πομφόλυξαν, ἀπεβράσθησαν, ὡς ἐπὶ ζεσῶν ὑδάτων. κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ἀναζεόντων ὑδάτων. τοιοῦτος γὰρ ἦχος γίνεται ἀπὸ ἀναβρασμοῦ. Apollonius Argon. lib. 2 κορθύεται ὕδωρ βρασσόμενον. Hanc Terræmotus ſpeciem, Seneca Succuſſionem vocat, ita definiens;

cùm

cùm terra quatitur,& ſurſum ac deorſum mouetur. eius cauſas vide apud illum Natur. quæſt. lib. 6. cap. 22.

Ibid. *Illi qui abſtrudere videntur.*] Vet. cod. meus adiicit, *Extimati edictis.* Ego continuè ita legendum cenſuerim: *Illi qui abſtrudere videntur extima telluris.*

32. *Rhectæ nominati.*] Vet. cod. *Rhectæ ſunt nominati.* Etymon adfert Ariſtoteles inquiens: *οἱ δὲ χάσματα ἀνοίγοντες, καὶ γῆν ἀναῤῥηγνύντες.* Præcedentem verò hæc Ariſtotelis verba Terræmotus ſpeciem, quam his verbis deſcripſit: *οἱ δὲ συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοῖλα, χασματίαι*, Apuleius, aut alioqui ſcriba aliquis omiſit.

33. *Vt quædam terræ exſpirent halitus.*] Terræmotu ſcilicet fathiſcentes. at non halitus ſimpliciter, ſed mortiferos. Qua de re vide Senecam lib. Naturalium Quæſt. 6. cap. 27. & 28. qui & ſubitas continuaſque mortes, & monſtroſa genera morborum, vt ex nouis cauſis orta, inde naſci auctor eſt.

Pag. 399. lin. 1. *Nonnullæ cauum.*] Vet. cod. *cenum.* vt & Aldina editio habet. *πηλὸν* ſcilicet, hoc eſt limum terræ, vnde *πηλογόνοι* Callimacho Gigantes Terrigenæ. quæ appellatio omnibus hominibus propriè conuenit, ratione *πρωτοπλάστου* illius Adam.

Ibid. *Fontes pariunt inſolentibus locis.*] id eſt, nouos & numquam iis in locis viſos. vel vt Ariſtoteles *τὰς πρότερον οὐκ οὔσας.*

2. *Peregrinorum fluminum ſulcantes vias.*] Rectè *ſulcantes*, vt & Vet. cod. non *ſaltantes* vt Aldina editio. Seneca Natural. Quæſt. lib. 1. cap. 4. *Nunc amnes magnitudinis notæ conuertit introrſus, nunc nouos exprimit. Aperit aliquando aquarum calentium venas,*

venas, aliquando refrigerat, &c. Mirandos verò Terræmotuum effectus qui nosse cupit, legat Dionis Traianum.

Lin.2. *Isti sunt motus quibus solum quatitur.*] Quisquis non oscitabundus Apuleium cum Aristotele contulerit, facilè depræhenderit legendum esse, *Ostæ sunt motus*, &c. cùm Aristoteles apertè dicat οὓς καλοῦσιν ὤστας. Sed & MS. cod. ita legit. In Apuleio autem mutila est Ostarum definitio, vitio scribarũ fortasse. Omissa est enim differenti: quâ à reliquis Terræmotus speciebus distinguuntur, ἀνατρέποντες scilicet κατὰ μίαν πρόωσιν. quod Budæus vertit, *Qui vno obnixu subuertunt quod impulerunt.* Malim, *vna propulsione.* vt explicemus vim vocabuli προώσεως. cuius energiam exponit Aristot. ipse Meteororum secundo, vbi de Terræmotu cum inundatione coniuncto agit, his verbis: ὅπου δ' ἅμα κῦμα σεισμῷ γέγονεν αἴτιον ὅταν ἐναντία γίγνηται τὰ πνεύματα. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν τὸ σεῖον τὴν γῆν πνεῦμα, φερομένην ὑπ' ἄλλου πνεύματος τὴν θάλατταν, ἀπῶσαι μὲν ὅλως μὴ δύνηται, προωθοῦν δὲ καὶ συστέλλον εἰς ταυτὸν συναθροίσῃ πολλήν. τότε γὰρ ἀναγκαῖον ἡττηθέντος τούτου τοῦ πνεύματος, ἐκρήγνυσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν κατακλυσμόν. hoc est: Vbi autem inundatio vnà cum terræmotu facta est, ventorum contrarietas in causâ fuit. Hoc autem euenit, cùm spiritus terram concutiens, mare quod ab alio vento fertur, repellere quidem in vniuersum nequit; sed propellens & in vnum contrahens, multum colligit. Tum enim spiritu hoc superato, confertim à vento pulsum erumpat & exundet necesse est. In quibus verbis apertè ostenditur differentia τοῦ ἀπῶσαι ὅλως & τοῦ προῶσαι. vnde hæc πρόωσις dicta. ὤστης verò & ἐξώστης,

παρὰ τὸ ὦθω ὤσω, etiam de ventis dicitur, teſte Euſtathio in illud Homeri Ὀδυσ. ι. Ἀλλ' ἤτοι σφέας εἶθεν ἀπώσατο ἶς ἀνέμοιο. qui etiam ἀπώςην dici poſſe ventum, eadem ratione quâ ἐξώςην, cenſet.

Lin. 3. *Palmatiæ verò appellantur.*] Seneca duobus generibus terræmotuum quæ Poſidonius conſtituit, Succuſſioni nimirũ & Inclinationi, tertium addit Tremorem. Non enim, inquit, ſine causâ Tremorem terræ dixere maiores. qui vtrique diſſimilis eſt. Nam nec ſuccutiuntur tunc omnia nec inclinantur, ſed vibrantur. Terræmotus idem Seneca cum Tremore corporis humani comparat: *Corpora*, inquiens, *noſtra non aliter tremunt, quàm ſi ſpiritum aliqua cauſa conturbat, cùm timore contractus eſt, cùm ſenectute langueſcit, & venis torpentibus marcet, cùm frigore inhibetur*, &c. Planius verò hæc & apertius Ariſtoteles in Meteoris pertractat, vbi inter alia, Δεῖ γὰρ νοεῖν, inquit, ὅτι ὥσπερ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν, καὶ τρόμων καὶ σφυγμῶν αἴτιόν ἐστι ἡ τοῦ πνεύματος ἀπολαμβανομένη δύναμις, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ τὸ πνεῦμα παραπλήσια ποιεῖ, καὶ τὸν μὲν τῶν σεισμῶν οἷον τρόμον εἶναι, τὸν δ' οἷον σφυγμόν. Pulſui ſimilem facit Succuſſionem, ſiue, vt ipſe eum vocat ἐπικλίντην σεισμὸν· Tremori, παλματίαν.

4. *Sine inclinationis periculo.*] Seneca Inclinationem longè pernicioſiorẽ ſtatuit Concuſſione, Tremorem verò minimè noxium.

6. *Mycetias vocatur.*] Μυκητίας, vel vt nonnulli volunt μυκηματίας, ἀπὸ τοῦ μυκήματος, id eſt, mugitu terræ nomen accepit: de quo Virgilius *Sub pedibus mugire ſolum, & iuga celſa moueri.* Seneca hunc mugitum terræ non tam ſpeciem Terræmotus facit, quàm Terræmotum præcedere. Ita enim Natur.

Quæſt.

Quæſt. lib. 6. cap. 13. *Antequam*, inquit, *terra moueatur, ſolet mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus.* Trebellius Pollio auctor eſt, imperante Galieno auditum tonitruum, terrâ mugiente, non Ioue tonante: quo motu fabricæ multæ ſunt deuoratæ, multi terrore mortui.

9. *Per aperta telluris inuentis itineribus progreditur.*] Hæc verba non reſpondent Ariſtotelicis, quæ ſic habent: ἐνειλούμενον δὲ ἐν αὐτῇ, κόπτεται μετὰ ῥοθίου βίας. multoque minus Budæi verſio, *Intusque cohibitus ac conuolutus arietarit impetu vehementi.* Neque enim κόπτεται actionem ſignificat, quam præ ſe fert *Arietare*, ſed paſſionem. Verterim itaque potius: Intus volutatus ſonora vi frangitur & diſſipatur, & per conſequens ita fractus, permeat, nullum terræ motum efficiens. Sonoram verò vim interpretor, hoc eſt ῥόθιον βίαν, τὸ μύκημα, id eſt, mugitum qui in illa volutatione & fractione venti editur. ῥόθος enim propriè, non vndam, aut fluctum, aut impetum ſignificat, vt recentioribus noſtris Lexicographis placet, ſed ψόφον: vnde Ariſtophanis interpres τὸ ῥοθιάζειν interpretatur, μετὰ ῥόθου καὶ ψόφου ἐσθίειν. vbi apertè ῥόθον & ψόφον ſynonyma facit. neque aliâ mente Homerus κῦμα ῥόθιον vocat. hoc eſt, ſonorum. Ita etiam Harpocration in Lexico decem Rhetorum, ῥόθιον, inquit καλεῖται παρὰ τὸ ῥόθον τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενον, ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν. vbi etiam per ῥόθον, fragorem intelligit, quẽ remi vndis illiſi edunt, vnde & ῥοθιάζειν ſignificat non ſolùm εὐτόνως ἐρέσσειν verumetiam ἐκ συνθήματος ἀναφωνεῖν ἐν τῷ ἐρέσσειν. Videtur ad hunc Mugitum alluſiſſe Virgil. cùm ait,

——— *Magno cum murmure montis*

Circum claustra fremunt.

pro eo autem quod in Apuleio est *progreditur*. quædam exemplaria habent *fertur*. & quidem rectius. MS. codex neutrum habet. perperam tamen.

Quæ sequuntur in Aristotele, vsque ad illud, τὰ δὲ ἀνάλογον, in Apuleio non leguntur. Quod verò Budæus illud Aristotelis, συσωματοποιεῖται δὲ τὰ εἰσιόντα πνεύματα vertit, *Flatus qui terram subierint corroboratiores fiunt*, alienum mihi à sententiâ Aristotelis videtur, quam hanc esse puto: Spiritus illos minus validos, volutatione suâ fractos & dissipatos aqueæ naturæ misceri, & cum eâ quodammodo coälescere. Affinitatem enim & concordiam elementorum inter se statim subiunget. Quod verò Budæus vertit, *A terrenis liquoribus qui intus conditi sunt*, interpretans illud Aristotelis καὶ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ ὑγρῶν κεκρυμμένων. malim vertere; Coalescunt humoribus qui terræ misti sunt: vt pro κεκρυμμένων legamus κεκεραμένων. Nam ita paulo post dicet, τῶν στοιχείων ἀλλήλοις ἐγκεκεραμένων.

ARISTOTELES.

Τὰ δὲ ἀνάλογον συμπίπτει τούτοις καὶ ἐν θαλάσσῃ. χάσματά τε γὰρ γίνεται θαλάσσης καὶ ἀναχωρήματα πολλάκις, καὶ κυμάτων ἐπιδρομαί, ποτὲ μὲν ἀντανάκρουσιν ἔχουσαι, ποτὲ δὲ, πρόωσιν μόνην, ὥσπερ ἱστορεῖται περὶ Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν. πολλάκις δὲ καὶ ἀναφυσήματα γίνεται πυρὸς ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πηγῶν ἀναβλύσεις, καὶ ποταμῶν ἐκβο-

λαὶ

λαὶ καὶ δένδρων ἐκφύσεις, ῥοαί τε καὶ δῖναι, ταῖς τῶν πνευμάτων ἀνάλογον, αἱ μὲν ἐν μέσοις πελάγεσιν, αἱ δὲ κατὰ τοὺς εὐρίπους τε καὶ πορθμούς. πολλαὶ δὲ ἀμπώτεις λέγονται, καὶ κυμάτων ἄρσεις συμπεριοδεύειν ἀεὶ τῇ σελήνῃ κατά τινας ὡρισμένους καιρούς. ὡς δὲ τὸ πᾶν εἰπεῖν, τῶν στοιχείων ἐγκεκραμένων ἀλλήλοις, ἐν ἀέρι τε, καὶ γῇ, καὶ θαλάσσῃ, κατὰ τὸ εἰκὸς, αἱ τῶν παθῶν ὁμοιότητες συνίστανται, τοῖς μὲν ἐπὶ μέρους φθορὰς καὶ γενέσεις φέρουσαι, τὸ δὲ σύμπαν, ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγένητον φυλάττουσαι.

APVLEIVS.

HIS *talibus marina sunt paria, cùm fluctuum concurrẽtium mole nunc progreßibus littora, nunc recursibus sinus cæli quatiuntur. Sentitur etiam cæli marisq́ cognatio, cum menstruis cursibus Lunæ decrementa, & acceßus fretorum atque æstuum deprehenduntur. Verumenimuerò, vt quatenus poßum de vniuersitate, quod sentio, breuiter absoluam: Elementorum inter se tanta discordia est, id est, Aëris, Maris, atque Terræ, vt admirari minus deceat, si illis eadem incommoda soleant atque secunda contingere; particulatim quidem rebus ortus atque obitus aßerentes, Vniuersitatem verò fine atque initio vindicantes.*

BVDÆVS.

PROPORTIONE his reſpondent ea quæ in mari eueniunt. Nam & hiatus fiunt maris, & receſſus: vndarumque excurſiones, interdum reciprocantes, interdum eluuie retrò non recurrente: id quod proditum eſt circa Buram Helicemque contigiſſe. Sæpenumero etiam in mari euaporationes ignis exiſtunt, fontes exſcaturiunt, oſtia fluuiorum aperiuntur, arbores enaſcuntur, fluxiones & vortices exiſtunt, inſtar eorum habentes quæ à flatibus deſignari dictum eſt, non in medio mari modò, ſed etiam in euripis & in fretis. Aiunt etiam multos æſtus vndarumq. ſublationes ſtatis quibuſdam temporibus cum Luna circumagi. Atque vt in vniuerſum dicam, cùm elementa in aëre, in terra, & in mari, commoda inter ſe temperatura mixta ſint, nimirum affectionum quoque ſimilitudines iiſdem conſtant in ipſis: in ſingulis illæ quidem naturis ortus alternantes & interitus, vniuerſitatem verò aſſeruantes generationis immunem, atque corruptionis.

SCHOLIA.

9. *His talibus marina ſunt paria.*] τὸ ἀνάλογον rectius vertas *Par* vt Apuleius, quàm *Proportione reſpondens*, vt Budæus. Senſus enim eſt, Pares ſiue ſimiles

paſſiones

passiones accidere mari, iis quas dixit accidere terræ. Ita & Seneca, de Tremore terræ loquens, ait Accidere terræ simile quiddam nostræ affectionis, cùm nimirum tremimus: vbi *simile*, est ἀνάλογον. Sed & Aristoteles ipse posteà vocat τὰς τῶν παθῶν ὁμοιότητας.

10. *Fluctuum concurrentium mole.*] Vetus codex. *fl. currentium.*

11. *Nunc progressibus.*] Ita vocat πρόωσιν.

Ibid. *Nunc recursibus.*] ita vocat τὴν ἀντανακοπήν: Budæus *Reciprocantes* vertit. parum propriè. Reciprocus enim est ὁ προϊὼν καὶ ὑποχωρῶν. Aristoteles verò per ἀντανακοπὴν intelligit vim illam quâ vndarum moles in recursu sinum aliquem littoris secum abripit & vertit; quod explicare voluit Apuleius cùm addit, *Sinus cæsi*. (ita enim omnino cum veteri meo codice legendum est, non *cæli*, vt habent vulgata exemplaria) hoc est incisi. hoc enim sibi vult ratio nominis ἀντανακοπῆς. Vtitur verò etiam suprà Aristoteles hoc verbo ἀνακόπτεσθαι cap. 4. χιὼν δὲ γίνεται, inquit, κατὰ νεφῶν πεπυκνωμένων ἀπόθραυσιν πρὸ τῆς εἰς ὕδωρ μεταβολῆς ἀνακοπέντων. Sinus autem vocat, flexuras & curuitates littorum: vnde & Sinuosa & Curua à poëtis dicuntur litora.

Quod verò sequitur apud Aristotelem, ὥσπερ ἱστορεῖται περὶ Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν, in Apuleio non legitur. Helice verò & Buris Achaiæ ciuitates inundatione simul & terræmotu mersæ fuerunt. cuius causam exponit Aristoteles lib. Meteororum secundo. Fuit autem hæc inundatio facta κατὰ πρόωσιν; Aquilone ex Achaia, Austro ex mari spirante. quæ ventorũ inter se lucta ingentem accumulauit vndarum molem,

quæ, cùm tandem Aquilo ſuperatus eſſet,& magna tranquillitas ſubſecuta, vtpote vento intra terram recedente,præceps in has vrbes κατὰ πρώωσιν ruit. quæ inundatio cùm Aquiloni intra terram clauſo exitum præcluderet, terræmotui etiam cauſam dedit. Seneca libro Natur. Quæſt. 6. cap. 23. auctor eſt Calliſthenem peculiari libro deſcripſiſſe quemadmodum Helice Buriſque merſæ ſint. & quis illas caſus in mare, vel in illas mare immerſerit. Quibus verbis ſatis innuit inundationem cum terræmotu coniunctam fuiſſe. Capite enim 25. ſequenti ita rurſum Seneca: *Illa vaſta*, inquit, *concuſſio, duas ſuppreſſit vrbes Helicem & Burim.*

12. *Sentitur etiam cœli mariſq; cognatio.*] Paucis hiſce verbis complexus videtur Apuleius, quæ Ariſtoteles de affinitate paſſionum maris cum paſſionibus terræ dixerat, ab inde πολλάκις δὲ ἀναφυσήματα, &c. vſque ad πορθμούς. quæ vertens Budæus ἀναφυσήματα πυρὸς interpretatur *Euaporationes ignis.* malim, *Exſufflationes* vel *Eructationes*.

13. *Lunæ decrementa.*] Delendum eſt comma poſitum poſt *decrementa*. & ponendum poſt *Lunæ*. Neque enim τὸ *decrementa* referendum eſt ad Lunam, ſed ad freta atque æſtus. M S. cod. pro *decrementa* legit, *detrimenta*.

15. *Elementorum inter ſe tanta diſcordia eſt.*] Næ ille Elementorum Philoſophiæ rudis fuit, qui ex ſumma Elementorum concordiâ, diſcordiam fecit. Neque enim vllo modo legendum eſt, *diſcordia*, ſed *concordia*. hoc eſt, affinitas & amica conſpiratio. cùm nimirum, Ariſtoteles ipſe lib. Meteororum primo ſcribat, πῦρ καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν γίνεσθαι ἐξ

ἀλλήλων,

ἀλλήλων, καὶ ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ ὑπάρχειν τοῦτον, δυνάμει, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων, οἷς ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ ὑπόκειται, εἰς ὃ ἀναλύονται ἔσχατον. Materia enim ipsa Elementorum est potestas quædam ad omnes Elementorum formas accipiendas apta.

16. *Aëris, maris, atque terræ.*] Maris appellatione videtur significare velle Apuleius Naturam, siue Elementum Aquæ. Aristoteles tamen in Meteoris eorum sententiæ non accedit, qui Mare, humidorum, & totius aquæ principium statuunt. In quâ opinione fuerunt tum veteres multi philosophi, tum ex posterioris ætatis hominibus Græcis Georgius Cyprius, inter cuius alia quæ apud me exstant Opera est oratio, cui titulus est Ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν, ἤτοι εἰς τὴν καθόλου τοῦ ὕδατος φύσιν. quam ego ob eius elegantiam & argumenti cum hoc Aristotelis libello similitudinem, ad calcem huius opusculi adiiciendam curaui.

17. *Si illis eadem incommoda soleant, atque secunda contingere.*] hoc est, si eisdem commodis & incommodis afficiantur.

19. *Fine atque initio vindicantes.*] lege, *à fine atque, &c.*

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Διά τι ὁ κόσμος ἐκ τῶν ἐναντίων ἀρχῶν συνεστηκὼς οὐ διαφθείρεται.

Καί τοι γέ τις ἐθαύμασε, πῶς ποτε εἰ ἐκ τῶν ἐναντίων ἀρχῶν συνέστηκεν ὁ κόσμος, λέγω δὴ ξηρῶν τε καὶ ὑγρῶν, ψυχρῶν τε καὶ θερμῶν,

οὐ πάλαι διέφθαρται καὶ ἀπόλωλεν, ὡς κἂν εἰ πόλιν τινὲς θαυμάζοιεν, ὅπως διαμένη, συνεστηκυῖαν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐθνῶν, πενήτων λέγω καὶ πλουσίων, νέων καὶ γερόντων, ἀσθενῶν, ἰσχυρῶν, πονηρῶν, χρηστῶν. ἀγνοοῦσι δὲ, ὅτι τοῦτ' ἦν πολιτικῆς ὁμονοίας τὸ θαυμασιώτατον. λέγω δὲ, ὅτι ἐκ πολλῶν μίαν, καὶ ὁμοίαν ἐξ ἀνομοίων ἀποτελεῖ διάθεσιν, ὑποδεχομένη καὶ πᾶσαν φύσιν καὶ τύχην. ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται, καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν τὸ σύμφωνον, οὐκ ἐκ τῶν ὁμοίων· ὥσπερ ἀμέλει τὸ ἄῤῥεν συνήγαγε πρὸς τὸ θῆλυ, καὶ οὐχ ἑκάτερον πρὸς τὸ ὁμόφυλον, καὶ τὴν πρώτην ὁμόνοιαν διὰ τῶν ἐναντίων συνῆψεν, οὐ διὰ τῶν ὁμοίων. ἔοικε δὲ καὶ ἡ τέχνη τὴν φύσιν μιμουμένη, τοῦτο ποιεῖν. ζωγραφία μὲν γὰρ, λευκῶν τε καὶ μελάνων, ὠχρῶν τε καὶ ἐρυθρῶν χρωμάτων ἐγκερασαμένη φύσεις, τὰς εἰκόνας τοῖς προηγουμένοις ἀπετέλεσε συμφώνους. μουσικὴ δὲ, ὀξεῖς ἅμα καὶ βαρεῖς, μακρούς τε καὶ βραχεῖς φθόγγους μίξασα, ἐν διαφόροις φωναῖς, μίαν ἀπετέλεσεν ἁρμονίαν. γραμματικὴ δὲ, ἐκ φωνηέντων καὶ ἀφώνων γραμμάτων κρᾶσιν ποιησαμένη, τὴν ὅλην τέχνην ἀπ' αὐτῶν συνεστήσατο. ταὐτὸ δὲ τοῦτο ἦν καὶ τὸ παρὰ τῷ σκοτεινῷ λεγόμενον Ἡρακλείτῳ.

συνάψας

συνάψειας ὅλα καὶ οὐχ ὅλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον, καὶ ἐκ πάντων ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα.

CAPVT V.

Quî fiat quòd Mundus cùm ex contrariis conſtet principiis, non iam diu diſſolutus fuerit.

APVLEIVS.

ET *quibuſdam mirum videri ſolet quòd, cùm ex diuerſis atque inter ſe pugnantibus Elementis Mundi natura conflata ſit, aridis atque fluxis, glacialibus & ignitis, tanto rerum diuortio nondum ſit eius mortalitas diſſoluta. Quibus illud Simile ſatisfaciet, cùm in vrbe ex diuerſis corporata rerum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter diuites & egentes, adoleſcentum ætas permixta ſenioribus, ignaui cum fortioribus, peßimi cum optimis congregati. Aut profectò quod res eſt fateantur, hanc eſſe ciuilis rationis admirandam temperantiam, cùm quidem de plurimis vna ſit facta, & ſimilis ſui tota, cùm dißimilia membra ſint, receptrixq́ ſit naturarum ad diuerſa tendentium, & fortunarum per varios fines exituſq́ pergentium, & vt res eſt, contrariorum per ſe natura flectitur, & ex diſſonis fit vnus idemq́ conſenſus. Sic mas & fœmina ſecum iunguntur, ac diuerſus vtriuſque ſexus ex dißimilibus*

milibus simile animal facit. Artesq́; ipsæ naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt. Pictura ex discordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis, & puniceis, confusione modicá temperatis, imagines his quæ imitantur similes facit. Ipsaq́; Musica, quæ de longis & breuibus, acutis & grauioribus sonis constat, tam diuersis & dissonis vocibus harmoniam consonam reddit. Grammaticorum artes vnde quæso? cùm ex diuersis collectæ sint litteris, ex quibus aliæ sint insonæ, semisonantes aliæ, pars sonantes, tamen mutuis se auxiliis adiuuantes, syllabas pariunt, & de syllabis voces. Hoc Heraclitus sententiarum nobilis auctor ad hunc modum est prosequutus: Συνάψιας ὅλα, καὶ οὐχὶ ὅλα συμφερόμενον, καὶ διαφερόμενον, συνᾶδον καὶ διᾶδον. καὶ ἐκ παντὸς ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα.

BVDÆVS.

TAMETSI extiterunt, qui sese admirari addubitabundi dicerent, quî fieri tandem posset, si è principiis contrariis mundus constitit, siccis dico & humidis, frigidis & calidis, vt iamdiu non dissolutus fuerit atque interierit. Perinde quasi mirari quisquam debeat, quónam pacto ciuitas incolumis perduret, quæ è gentibus contrariis composita sit,

egenis inquam & diuitibus, iuuenibus & senio confectis, infirmis & valentibus, prauis atque innocentibus. Ignorantia est ista vtique hominum, hoc esse in concordia ciuili non videntium longè admirabilissimum, quòd ex multis ipsa vnum efficit affectum, & è dissimilibus similem: omnis illa quidem naturæ susceptrix & fortunæ. Atque haud scio an etiam contrariorum appetens sit natura: ex eisque consona, non item è similibus conficiat. Sic certè ipsa marem cum fæmina coniunxit, non etiam cum suo horum vtrunque sexu. Quin primam etiam concordiam per contraria, non per similia deuinxit. Adde quòd ars naturæ æmulatrix hoc idem facit. Siquidem pictura alborum nigrorumque colorum, luteorumque & rubrorum naturas inter se attemperans, effigies rerum efficit consonas exemplaribus. Musica acutis & grauibus sonis, longisq. & breuibus vnà permixtis in diuersis vocibus, vnum ex illis concentum absolutũ reddidit. Grammatica ex elementis vocalibus & mutis inuenta temperata, artem omnem literaturæ ex illis compositam reliquit. Hocque nimirum illud est, quod apud Heraclitum legitur, Scotinum ab obscuritate cognominatum.

tum. Criſpa (inquit) & minimè criſpa vnà vinxeris, conſentiens & diſſentiens, conſonans & diſſonans: vnum etiam ex omnibus, omniaque ex vno.

SCHOLIA.

25. *Corporata.*] hoc eſt, vnum corpus effecta.

29. *Ciuilis rationis admirandam temperantiam.*] πολιτικῆς ὁμόνοιαν. hoc eſt, Politici ſtatus temperaturam, & amicam conſpirationem ex membris multum inter ſe differentibus.

Lin. 30. *Cùm quidem de plurimis vna ſit facta.*] Videtur deeſſe aliquid, *Ciuitas* nimirum vel aliud aliquod vocabulum, quod διάθεσιν, hoc eſt ſtatum illum Ciuitatis, qui ex diſſimilibus inter ſe conflatur, ſignificet. Nam quòd Budæus διάθεσιν vertit *Affectum*, mihi non probatur. Vult enim Ariſtoteles ex diuerſis ingeniis & fortunis hominum vnum effici ſtatum, ſiue vnam Ciuitatem. Neque enim aliud eſt Ciuitas quàm Ciuium vnitas. Cui rei explicandæ cùm Græci nullum ita ſignificans vocabulum habeant, Ariſtoteles per Circumlocutionem vocauit πολιτικὴν ὁμονοίαν. hoc eſt Ciuilem concordiam. quod quid aliud eſt quàm Ciuitas? cui nequaquam reſpondet nomen πόλεως, hoc eſt Vrbis. Διάθεσιν verò Vitruuius diſtinguit à τάξει.

31. *Adoleſcentum ætas.*] Vet.cod. *adoleſcens ætas.*

Pag. 400. lin. 1. *Contrariorum per ſe natura flectitur.*] Ariſtoteles, ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται. Videtur verò Apuleius τὸ φύσις, coniunxiſſe cum τῶν ἐναντίων. vt ſit hic ordo: ἡ φύσις τῶν ἐναντίων, γλίχεται.

atque

atque ita interpretatur τὶ, γλίχεται passiuâ significatione, *flectitur*. hoc sensu; Naturam contrariorum elementorum, mutuo inter sese concursu *flecti*, hoc est mulceri temperarique. γλίχεσθαι enim idem ferè est quod ἰαίνεσθαι. quod quidem non incommodè verti possit, *flecti* siue *mulceri*. quum propriè dicatur de aqua quæ calore ignis tepefit. vel de ferro, quod ignis calore candescens emollitur & quodammodo mulcetur. vnde & Mulciber, vel potius Mulcifer, Vulcanus, hoc est Ignis dicitur. Quæ Aristotelis verba si ita accipiamus, necesse est vt pro eo quod sequitur καὶ ἐκ τούτων ἀποτελεῖν passiuè etiam legamus, ἀποτελεῖται, id est perficitur. cui tamen non respondet verbum actiuæ significationis quod statim sequitur, nimirum συνήγαγε, subaudiendo ἡ φύσις. Budæus verba illa Aristotelis ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται vertit. *Atque haud scio an etiam contrariorum sit appetens natura*. malim ita: *Quin & Natura ipsa contrariis gaudet*. eâ scilicet ratione qua ex contrariis, non verò ex similibus, vnum quendam consensum efficit. Diuersa enim & contraria inter se subiguntur quodammodo miscenturque à Natura & ad temperaturam atque vnum veluti corpus harmonicum reducuntur.

Lin. 2. *Sic mas & fœmina secum iunguntur.*] MS. codex legit, *Sic mare & fœmineum secus iunguntur*. ἀρχαϊκῶς pro *Masculus & fœmineus sexus*, &c. Notum enim est illud,

Vesta, Ceres, & Iuno, secus muliebre sorores.

Lin. 7. *Ipsaque Musica.*] Vetus codex, *Ipsa etiam Musica.*

Lin. 10. *Grammaticorum artes vnde quæso? cùm ex*, &c.

ex, &c. Lege cum M S. cod. meo, *Grammaticorum artes vide quæso quàm ex diuersis*, &c.

Lin. 11. *Ex quibus aliæ sunt insonæ.*] Insonas literas vocat, quas vulgus Grammaticorum Mutas. Sonantes verò, quas vocales. Semisonantes, quas consonantes.

Lin. 12. *Tamen mutuis*, &c.] Lege *Hæ tamen*, &c.

Lin. 13. *Hoc Heraclitus sententiarum nobilis auctor.*] M S. cod. ita legit: *Hoc Heraclitus sententiarnm suarum mobilis, ad hunc modum*, &c. Ego verò pro *suarum*, legendum censuerim *obscurarum*. vt referatur ad id quod habet Aristoteles τῷ σκοτεινῷ. Quod verò in his Heracliti verbis Budæus vertit οὖλα καὶ οὐχὶ οὖλα, *Crispa & non crispa*: malim, *Integra & non integra*, vt sit οὖλον, παρὰ τὸ ὅλον. ita Homerus οὔλην πορφυρέην, pro ὁλοπόρφυρον.

ARISTOTELES.

Οὕτως οὖν καὶ τὴν τῶν ὅλων σύστασιν, οὐρανοῦ λέγω καὶ γῆς, τοῦ τε σύμπαντος κόσμου, διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων ἀρχῶν κράσεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία· ξηρὸν γὰρ ὑγρῷ, θερμὸν δὲ ψυχρῷ, βαρεῖ τε κοῦφον μιγέν, καὶ ὀρθὸν περιφερεῖ, γῆν τε πᾶσαν, καὶ θάλασσαν, αἰθέρα τε, καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν διεκόσμησε, μία ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις ἐκ τῶν ἀμίκτων καὶ ἑτεροίων, ἀέρος τε καὶ γῆς, καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος, τὸν σύμπαντα κόσμον δημιουργήσασα, καὶ μιᾷ διαλαβοῦσα σφαίρας

ἐπιφανείᾳ

ἐπιφάνεια, τάς τε ἐναντιωτάτας ἐν αὐτῷ φύσεις ἀλλήλαις ἀναγκάσασα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τῷ παντὶ σωτηρίαν. αἰτία δὲ, ταύτης μὲν ἡ τῶν στοιχείων ὁμολογία· τῆς δὲ ὁμολογίας, ἡ ἰσομοιρία, καὶ τὸ μηδὲν αὐτῶν πλέον ἕτερον ἑτέρου δύνασθαι. τὴν γὰρ ἴσην ἀντίστασιν ἔχει τὰ βαρέα πρὸς τὰ κοῦφα, καὶ τὰ θερμὰ πρὸς τὰ θάτερα, τῆς φύσεως ἐπὶ τῶν μειζόνων διδασκούσης, ὅτι τὸ ἴσον σωστικόν πως ἐστὶν ὁμονοίας, ἡ δὲ ὁμόνοια, τοῦ πάντων γενετῆρος καὶ περικαλλεστάτου κόσμου. τίς γὰρ ἂν εἴη φύσις τοῦδε κρείττων; ἣν γὰρ ἂν εἴποι τις, μέρος αὐτοῦ ἐστί. τό, τε καλὸν πᾶν, ἐπώνυμόν ἐστι τούτου, καὶ τὸ τεταγμένον ἀπὸ τοῦ κόσμου λεγόμενον κεκοσμῆσθαι. τίς δὲ τῶν ἐπὶ μέρους, δύναιτ' ἂν ἐξισωθῆναι τῇ κατ' οὐρανὸν τάξει τε καὶ φορᾷ, ἄστρων ἡλίου τε, καὶ σελήνης, κινουμένων ἐν ἀκριβεστάτοις μέτροις, ἐξ αἰῶνος εἰς ἕτερον αἰῶνα; τίς δὲ γένοιτ' ἂν ἀψεύδεια τοιάδε, ἥν τινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως, ἡμέρας τε καὶ νύκτας εἰς μηνὸς ἀποτέλεσμα καὶ ἐνιαυτοῦ; καὶ μὴν μεγέθει μὲν ὁ αὐτὸς πανυπέρτατος, κινήσει δὲ ὀξύτατος, λαμπρότητι δὲ διαυγέστατος, δυνάμει δὲ ἀγήρως τε καὶ ἄφθαρτος.

APVLEIVS.

SIC *totius Mundi ſua inſtantia, initiorum impares inter ſe conuentus, pari, non diſcordante conſenſu, Natura veluti Muſicam, temperauit. Nanque liquidis arida, & glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua confudit; vnúmque ex omnibus, & ex vno omnia, iuxta Heraclitum, conſtituit: Terramque, Mare, atque Cælum Solis orbe, & Lunæ globo, ceteriſq; orientium & conditorum ſiderum facibus ornauit; vnâ illa parte mixta, quam quidem cunctis conſtat implicatam, dum confuſa, dum libera elementorum ſubſtantia, ignis, aquæ, aëris, terræ. ex quibus huius ſphæræ conuexa, & diſparibus qualitatibus naturæ conflata adacta eſt fateri concordia, & ex ea ſalutem operi machinata. Principiorum igitur conſenſus ſibi concordiam peperit: perſeuerantiam verò amicitiæ inter ſe elementis dedit ſpecierum ipſarum æqua partitio, dum in nullo alia ab alia vincitur, modo vel poteſtate æqualis. quippe omnium diuerſitas, grauiſſimorum, leuiſſimorum, feruentium, frigidorum, docente ratione Naturæ, diuerſis licet rebus, æqualitatem deferre, concordiam, omnia parentis Mundi amœnitatem æternitatemq; reperiſſe. Quid enim Mundo præſtantius? Lauda quam putes ſpeciem; portio à te laudabitur Mundi: admirare quam voles temperantiam*

tiam, ordinationem, figuram, hic & per hunc illud quodcunque eſt, inuenictur eſſe laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri poteſt, quod non ab ipſius exemplo imitatura ſit ratio? vnde κόσμος Græcè nomen accepit. Euntibus Sole atque Luna, ceteraque luce Sidera per eaſdem vias, cuſtoditis temporum vicibus, nec vllius erroris interiectione confuſis, digeruntur tempora, & rurſus incipiunt. At quàm pulchrè & fœcundè Horæ procreantur, nunc æſtiuos vapores reuoluentes, nunc pruinas hyemis circunferentes. dierum etiam noctiumq́; curriculis ordiuntur menſes, texunt annos, anni ſeriem conficiunt ſeculorum. Et quidem hic Mundus magnitudine immenſus, curſibus rapidus, ſplendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuuenili.

BVDÆVS.

ITAQVE vniuerſorum coagmentationem, cæli inquam & terræ, & vniuerſi mundi, cinno quodam principiorũ ſummè contrariorum commodè attemperato, natura ipſa digeſſit vna eademq́ue concinna cohærentia: quippe ſiccum humido, calidum frigido, graui leue mixtum, & rectum orbiculari. Terram etiam omnem, omne mare, ætherem, Solem, Lunam, & poſtremò totum cælum, vis vna per omnia pertinens,

certo ordine deſcripſit, concinneque digeſſit: è diuerſis ipſa naturis atque impermixtis, aëre, terra, igne, & aqua, mundum architectata. Quumque eum etiam globosa ſuperficie comprehendiſſet: naturas quam maximè contrarias, veluti edicta concordia & imperata, adſtrinxit ad cõſenſum mutuúmque commercium: cuiuſmodi rerum molitione vniuerſitati ipſi ſalutem machinata eſt. Huius autem rei cauſa eſt concordia elementorum. concordiæ porrò cauſa eſt æquabilitas, & quòd alterum altero non plus pollet: ad æquilibriũ enim adæquant grauia cum leuibus, calida cum iis quæ ipſis oppoſita ſunt: natura vtique nos docente in maioribus, æqualitatem tutricem eſſe concordiæ & ſeruatricem; concordiam autem mundi eſſe ſalutem, rerum omnium parentis, ac longè omnibus præſtantis pulchritudine. Nam quæ tandem natura præſtabilior ipſo? Quam enim dixeris cunque, eius vtique ipſius mundi pars erit. Nam quicquid pulchritudine præditum eſt, id quaſi gentile mundi, habet cum eo nominis ſocietatem, adeo quod rectè atque ordine conſtitutum eſt, id à mundi nomine concinnè digeſtum Græco ſermone, conſentaneaque partium

compo-

compoſitione ſpecioſum eſſe ſignificatur. Ecquid nam eſt autem ſingularum partium, quod cum eo æquiparari poſſit ordine, quo cæleſtis motus temperatus eſt & cõſtitutus? Sole vtique & Luna, reliquis item ſideribus intra ſpatia ſe mouentibus exquiſitiſſimè emodulata à ſeculo in ſeculũ alterum. Age, ecquæ tandem vices tam ratæ eſſe poſſunt, quàm eſt exactè comparatus à natura tempeſtatum anni tenor, in orbem redeuntium? omnium ille quidem rerum fœcunditate præditus: æſtates deinceps, hyemeſque referens temporibus deſtinatis: ſimul dies & noctes inoffenſis vicibus alternantes: è quibus menſes annuſque conficitur. Ac magnitudine quidem ambitũ longè ſummum complexus, motu perniciſſimo circumagitur: claritate ſinceriſſima præditus, vi etiam potentiaque fretus exorte vt ſenij ſic interitus.

SCHOLIA.

Lin. 17. *Sic totius mundi ſua inſtãtia, initiorum,* &c.] Vitiata diſtinctio ſenſum turbat. continuè enim citra vllum comma hæc legenda ſunt; vt & Aldina editio legit, & MS. cod. qui tamen rectius pro *ſua*, habet *ſuorum*.

Lin. 19. *Nanque liquidis arida,* &c.] Vetus codex *Nanque vuidis arida.*

Lin. 28. *Conflata, adacta eſt fateri concordia.*] Ver.

codex ponit diſtinctionem poſt *conflata*, & pro *concordia* legit *concordiam*. vt ſit *Fateri concordiam* τὸ ὁμολογῆσαι. non, *facere concordia*. quod ne Latinè quidē ſatis dicitur, nec ad ſenſum appoſitè. Neque enim Natura coacta eſt facere illa, vt ita dicam, concordia, ſed quod illa ita à Natura ſubacta, Concordiam quandam & conſenſum inter ſeſe profiteantur & præſeferant.

32. *Modo vel poteſtate æqualis.*] Vitiosè omnino in omnibus editionibus, etiam Aldinâ, ita legitur. Claudēda enim eſt periodus poſt vocem *poteſtate*: deinde noua periodus ordienda, *Æqualis quippe omnium diuerſitas*, &c. ſenſu apertiſſimo. Æqualem enim diuerſitatem vocat, quam Ariſtoteles τὴν ἴσην ἀντίστασιν. quod tamen apud Stobæum legitur, nec malè, ἀντίτασιν. Budæus, *Ad æquilibrium adæquant.*

Pag. 401. lin. 1. *Æqualitatem deferre, concordiam, omnia parentis mundi*, &c.] Locus partim à vitioſâ diſpunctione perplexus, tum etiam mutilus. Delendum itaque eſt comma poſitum poſt *deferre*, quod nec Aldina editio habet, neque codex MS. deinde τὸ *concordiam* bis eſt ponendum, idque vel cum coniunctione *verò*, vel abſque illâ. quemadmodum & in Ariſtotele bis eſt poſitum vocabulum ὁμονοίας. vt ſit ſenſus: Æqualitatem rebus etiam inter ſe diuerſis adferre concordiam. cōcordiâ verò Mundi æternitatem ſuſtentari.

Lin. 2. *Omnia parentis mundi.*] Ita & MS. codex Lege vel, *omnium parentis*. vel compoſita dictione, *omniparentis*, id eſt, παντόκου.

Lin. 7. *Ornatum atque ordinatum.*] Pulchrè expreſſit vim proprietatemque vocis κόσμος & κεκο-

σμημένος

σμημένος. Κόσμος enim vtrunque significat, καλλωπισμὸν scilicet, hoc est ornatum, & τάξιν, id est ordinem. Qua de re supra dictum est.

Lin. 10. *Ceteraq; luce sidera.*] MS. cod. *ceteraq; luce siderea.* rectissimè. hoc est. reliquis astris; quæ & Lucretius, *Flammantia lumina cæli* vocat.

Lin. 12. *At quàm pulchrè & fœcundè.*] Vet. cod. *Quàm pulchræ & fæcundæ Horæ procreantur.* Rectius ita, quàm per aduerbia. Propria enim hæc sunt Horarum epitheta, quibus Græca illa Aristotelis exprimuntur, καλοὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων, quæ & à Græcis poëtis καλλίκομοι, & εὐπλόκαμοι vocantur.

Ibid. *Digeruntur tempora & rursus incipiunt.*] Ita vertit Apuleius illud Aristotelis ἐξ αἰῶνος εἰς ἕτερον αἰῶνα. vbi per αἰῶνα significatum vult, Annum magnum, quem non Solis, id est vnius astri reditu metiuntur, sed quem stellarum omnium in quocunque cælo sunt ad eundem locum reditus, sub eâdem cæli totius descriptione concludit. qui & Annus mundanus dicitur; quæ quidem circumuolutio spacio quindecim millium annorum perficitur.

De variis autem Αἰῶνος significationibus, Vide Io. Damascenum.

Lin. 17. *Splendore perlucidus.*] Aristoteles, λαμπρότητι διαυγέστατος. Apud Stobæum legitur, τηλαυγέστατος.

Lin. 18. *Pubertate iuuenili.*] Vet. cod. *iuuenali.*

ARISTOTELES.

Οὗτος ἐναλίων ζώων καὶ πεζῶν καὶ ἀερίων φύσεις ἐχώρισε, καὶ βίους ἐμέτρησε ταῖς ἑαυτοῦ κινήσεσιν: ἐκ

σιν. ἐκ τούτου πάντα ἐκπνεῖ τε καὶ ψυχὴν ἴσχει τὰ ζῶα· τούτου καὶ αἱ παράδοξοι νεοχμώσεις τεταγμένως ἀποτελοῦνται· συναρασσόντων μὲν ἀνέμων παντοίων, πιπτόντων δὲ ἐξ οὐρανοῦ κεραυνῶν, ῥηγνυμένων δὲ χειμώνων ἐξαισίων. διὰ δὲ τούτων τὸ νοτερὸν ἐκπιεζόμενον, τό τε πυρῶδες διαπνεόμενον, εἰς ὁμόνοιαν ἄγει τὸ πᾶν καὶ καθίστησιν. ἥτε γῆ φυτοῖς κομῶσα παντοδαποῖς, νάμασί τε περιβλύζουσα, καὶ περιοχουμένη ζώοις, κατὰ καιρὸν ἐκφύουσά τε πάντα καὶ τρέφουσα καὶ δεχομένη, μυρίας τε φέρουσα ἰδέας καὶ πάθη, τὴν ἀγήρω φύσιν ὁμοίως τηρεῖ. καίτοι καὶ σεισμοῖς τινασσομένη, καὶ πλημμυρίσιν ἐπικλυζομένη, πυρκαϊαῖς τε κατὰ μέρος φλογιζομένη. ταῦτα δὲ πάντα ἔοικεν αὐτῇ πρὸς ἀγαθοῦ γινόμενα, τὴν δι᾽ αἰῶνας σωτηρίαν παρέχειν. σειομένης τε γὰρ, διεξάττουσιν αἱ τῶν πνευμάτων παρεμπτώσεις, κατὰ τὰ ῥήγματα τὰς ἀναπνοὰς ἴσχουσαι, καθὼς ἄνω λέλεκται. καθαιρομένης τε ὄμβροις, ἀποκλύζεται πάντα τὰ νοσώδη. περιπνεομένης δὲ αὔραις, τά τε ὑπ᾽ αὐτὴν καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτὴν εἰλικρινεῖται. καὶ μὴν αἱ φλόγες μὲν τὸ παγετῶδες παίνουσιν, οἱ πάγοι δὲ, τὰς φλόγας ἀνιᾶσι. καὶ τῶν ἐπὶ μέρους τὰ μὲν γίνεται, τὰ δὲ ἀκμάζει, τὰ δὲ φθείρεται. καὶ αἱ μὲν

γενέσεις

γενέσεις ἐπαναστέλλουσι τὰς φθοράς, αἱ δὲ φθοραὶ κουφίζουσι τὰς γενέσεις. μία δὲ ἐκ πάντων περιγινομένη σωτηρία διατελεῖ, ἀντιπεριϊσταμένων ἀλλήλοις. καὶ τοτὲ μὲν κρατούντων, τοτὲ δὲ κρατουμένων, φυλάττει τὸ σύμπαν ἄφθαρτον δι' αἰῶνος.

APVLEIVS.

HIC *animalium natantium atque terrestrium, pennigerorum, cunctorumq́ distinxit genera: in species seperauit, fixitq́ leges viuendi atque moriendi. Ex hoc animantia vitales spiritus ducunt. illis statutis cursibus temporum euentus, qui admirationi esse solent, cùm vel inter se ventorum prælia cientur, vel disiectis nubibus fulmina cælum & tempestates inter se serenæ hybernæq́ confligunt, micant ignes, inde rumpuntur: & rursus, placatis omnibus, amœna lætitia mundi reseratur. Videas & viridantibus comis cæsariatam esse terram, & scatebris fontium manantem, & aquarum agmina concipientem, parientem atque educantem, nec occasibus fatigari, nec seculis debilitari excussam, erumpentibus semper tam pigris quàm mouentibus fœtibus, aquarum sæpe alluuionibus mersam, flammarum per partes voracitate consumptam. quæ tamen illi regionaliter videantur esse pestifera, ad omnem salutaria sunt, & ad redintegrationem eius valent. & cùm mouetur,*

 profecto

profectò ſpirat illos ſpiritus: quibus clauſis, & effugia quærentibus, mouebatur. Imbribus etiam madefacta, non ſolùm ad educandos fœtus ſuos opimatur, verumetiam peſtifera contagione proluitur. Flabris autem ſpirantium aurarum, grauiores & minus puri aëris ſpiritus differuntur atque purgantur. Tepores frigus glaciale mitificant, & brumalis auſteritas terreſtrium venarum venas remittit: & pars gignentium, alia aduleſcentium, cetera occidentium vices ſuſtinent: & ſors naſcentium, obitorum loco pullulat: & occidentium numerus, naſcentibus locum pandit.

BVDÆVS.

HIC omnium animantium naturas, tum aquatilium, tum pedeſtrium, tum etiam in elemento ſpirabili victitantium, ſegregat: iiſque ſpatia vitæ ſuis admetitur motibus. Ex hoc animam ducunt omnia: ab hoc animam habent animantia: ex hoc denique miracula rerum nouarum exiſtunt, quæ ſtatis temporibus efficiuntur. Vis ventorum omniuaga in ſeipſa conflictatur: Fulmina è cælo cadunt: Pluuiæ procelloſæ atque ſtupendæ ſubitos fragores edunt. Vnde fit, vt & vi humoris expreſſa, & vi ignea difflata conſtituatur vniuerſi concordia. Iam verò terra omni genere veſtita ſtirpium fruticantium, riguíſque

que

que exuberans largè erumpentibus, trita vestigiis animantium, quæ in ea passim circumferuntur: omnia tempestiuè proferens ex sese & vegetans, hospitalique sinu excipiens, cùm innumeras ipsa rerum formas perferat, ab eisque multipliciter afficiatur: nihilo secius tamen naturam asseruat indomitam senectute, quamlibet ipsa motibus contremefacta, vndis superfluentibus proluta, incendiis deniq. inflammata, modò hac, modò illac parte sui. Quinetiam illa ipsa omnia censeri meritò possint incolumitatis eius causa commodè euenire, salutemque illi sempiternam præstare. Siquidem ea motu quassata, continuò prosiliunt venti qui introrsus insinuarant: vtique spiraculis terrarum discessibus patefactis, vt superiùs dictum est. Imbribus etiam tum expurgatur, cùm omnia pestifera in ea abluuntur: ad sinceri oremque constitutionem super subterque tum reducitur, quum auris perspiratur. Et conflagrationes quidem quod concretius est terræ, concoquunt: congelationes item quod inflammatum est, id attemperant ipsæ atque remittunt. Ac singularum quidem rerum aliæ oriuntur, aliæ vegetantur, & aliæ occidūt, cùm interim ortus com-

pescant

pescant grassanteis interitus, rursusque interitus rerum leuent ortus exuberanteis. Vnica verò ex omnibus conflata incolumitas permanet ipsa in æuum: cùm inter se rebus ex aduerso obsistentibus, & cedentibus vicissim atque præualentibus, vniuersitas conseruetur in sempiternum, noxam nullam contrahens.

SCHOLIA.

Lin. 18. *Pubertate iuuenili.*] Vetus cod. *iuuenali causa.* vitiosa dispunctione. Ponendum enim est punctum post *iuuenali.* deinde ita legendum, *Causa hic animalium*, posito commate post hanc vocem, cui vt generi subiungit species, *Natantium* (Vet. c. *nantium*) terrestrium, & pennigerorum.

Lin. 19. *Pennigerorum, cunctorumque distinxit genera: in species seperauit.*] Coniunctio *que* posita loco non suo, sententiam turbat. Lege, *pennigerorumque cunctorum distinxit genera, species separauit.* Præpositio enim *in*, quæ in editionibus omnibus legitur, planè est superuacanea, neque eam agnoscit codex M S.

Lin. 21. *Ex hoc animantia vitalis spiritus dicunt.*] Lege cum veteri codice meo, & cum editione Aldinâ, *Ex h. a. vitales spiritus ducùnt.*

Lin. 22. *Illis statutis cursibus temporum euentus.*] M S. codex legit, *illi statis*, &c. Ego verò ita omnino legendum censeo: *Ex hoc illi statis cursibus*, &c.

Euentus qui admirationi esse solent.] Ita vertit Apuleius illud Aristotelis παράδοξοι νεοχμώσεις. Budæus; *Miracula*

Miracula rerum nouarum. νεοχμὸν enim est, τὸ ἔχον νεότητα. Vtitur verò etiam verbo νεοχμοῦν Aristoteles infra statim initio capitis VII. de Dei nominibus loquens: εἷς δὲ ὤν, inquit, πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν, ἅπερ αὐτὸς νεοχμοῖ. quod Apuleius ita vertit: *Et cùm sit vnus, pluribus nominibus cietur, propter specierum multitudinem, quarum diuersitate fit multiformis.* Putarim verò in Aristotele legendum esse ἐκ τούτου καὶ αἱ παράδοξοι &c. nam in editionibus omnibus præpositio illa omissa sententiam turbat, si penitiùs introspicias.

Lin. 24. *Vel disiectus nubibus fulmina, cælum & tempestates, &c.*] MS. cod. *Vel disiectis nubibus fulminat cælum, & tempestates,* &c. neque verò incommodè legi posset, *disectis nubibus.* pro quo aliæ editiones ineptè habent, *directis.*

Lin. 25. *Inde rumpuntur.*] Legendum omnino, *imbres rumpuntur*, quod respondet illis Aristotelis, ῥηγνυμένων δὲ χειμώνων ἐξαισίων.

26. *Placatis omnibus, amœna mundi lætitia reseratur.*] Aristoteles εἰς ὁμόνοιαν ἄγει τὸ πᾶν καὶ καθίστησιν. Elegantissima periphrasi summam totius mundi in tanta ventorum, fulminum, atque imbrium conflictatione concordiam, amœnam Mundi lætitiam vocauit Apuleius.

Lin. 28. *Et aquarum agmina concipientem.*] Vet. cod. *& aquarum agminibus concientem.* minus rectè.

Lin. 30. *nec seculis debilitari.*] Vetus cod. *nec s. anhelitari.* Editiones nonnullæ corruptè legunt *secundis* pro *seculis.* nam hoc respondet Aristoteli ἀγήρω φύσιν τηρεῖ.

Lin. 31. *Tam pigris quàm mouentibus fœtibus.*] Pigrum

grum opponit Apuleius, mouenti, siue mobili & inquieto. vt Horatius:

Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiuâ recreatur aurâ.

Pigros campos dixit, qui æstate non perflantur ventis. Ita Seneca lib. Natural. Quæst. 5. cap. 18. describens vtilitatem quam venti adferunt, hanc primam adfert, quòd non sinant aëra pigrescere, sed assidua vexatione vtilem reddant, vitalemque tracturis. Et pigra flumina dicuntur quæ gelu adstricta non mouentur neque fluunt.

Ita hic pigros & mouentes fœtus vocat flatus remissos vel violentos. quòd verò nonnullæ editiones pro *fœtibus* legunt, *fecibus*, planè ἄτοπον.

Lin. 33. *Regionaliter.*] Idem est cum eo quod præcedenti linea dixit *per partes*, interpretans illud Aristotelis κατὰ μέρος. Ita & κλίματα, Latinè vocantur Regiones. sensus autem est: variis terræmotibus, inundationibus, & conflagrationibus, Terram ex parte, hoc est diuersis eius regionibus ac locis affici; omnia tamẽ hæc quantumuis videantur in speciem perniciosa, ad totius Terræ salutem atque adeò redintegrationem valere. Hoc enim significat Apuleius dicens, *ad omnem salutaria sunt.*

Pag. 402. lin. 1. *Ad omnem salutaria sunt.*] hoc est, *ad totam*, siue, *toti Terræ*, quod opponitur illi Aristotelis κατὰ μέρος, id est, *per partes* vt dixi, & regionatim. Statim enim subiungit quid vtilitatis & commodi toti Terræ adferant, ea quæ κατὰ μέρος, siue regionatim videntur damnosa diuersis terræ partibus. Frustra verò est Coluius, qui legendum censet, *ad omnia salutaria sunt*. Neque enim τὸ *ad omnem* referendum

rendum eſt ad illud Ariſtotelis ταῦτα δὲ πάντα ἔοικεν, &c. vt ipſe autumat, (refertur enim hoc ad varios illos antea commemoratos admirabiles euentus) ſed ad illud quod paulò ſuperius dixit Ariſtoteles, εἰς ὁμόνοιαν ἄγει τὸ πᾶν. quod vertit Apuleius, *amœna lætitia mundi reſeratur*: mundum interpretatus id quod ille dixit τὸ πᾶν. Notior verò eſt hæc ſignificatio *Omnis*, pro *toto*, quàm vt exemplis egeat. Hor.

Non omnis moriar, multaque pars mei,
Vitabit Libitinam.

Pag. 402. li. 3. *Spirat illos ſpiritus, quibus clauſis*, &c.] Periphraſticè explicat Apuleius vim vocis παρεμπτώσεως. quæ non eſt ſimpliciter Incidentia, vt ita dicam, vel Inſinuatio, (vt vertit Budæus, *Venti qui introrſus inſinuarant*) ſed illapſum cum damno alterius coniunctum. vt Medici vocant παρέμπτωσιν, cùm humor aliquis in meatum quo facultas videndi ad oculum vehitur, vaſe vel rupto, vel aperto incidit, eundemque obturat.

Lin. 5. *Ad educandos fœtus ſuos opimatur*] Apuleius præter eam vtilitatem quam Terræ ex imbribus accidere, vult Ariſtoteles, nimirum quòd iis ἀποκλύζεται πάντα τὰ νοσώδη, eam etiam addit, quòd imbribus fœtus terræ opimentur. Mihi tamen accuratiùs paulò & Ariſtotelis & Apuleij verba intuenti & perpendenti, non tam hoc ab Apuleio additum, quàm aliquid in Ariſtotele deeſſe videtur; & verba ipſa tranſpoſita. Velim itaque ſententiam totam ita tam ad Apuleij verſionem, quàm ad ipſius fortaſſis Ariſtotelis mentem componi: καθαιρομένη τε ὄμβροις, ἀποκλύζεται πάντα τὰ νοσώδη, τά τε ὑπ᾽ αὐτὴν, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτὴν πιαίνεται, hoc eſt, vt Apuleius vertit, *Imbribus*

etiam

etiam madefacta, non ſolum ad educandos fœtus ſuos opimatnr [πιαίνεται] *verumetiam peſtifera contagione proluitur*: vt per τὰ ὑπ' αὐτὴν, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτὴν intelligantur fœtus terræ, tam ſuperterranei quàm ſubterranei. deinde in Ariſtotele ita legatur, διαπνεομένη δὲ αὔραις, εἰλικρινεῖται. quod Apuleius vertit, *Flabris autem ſpirantinm aurarum grauiores, & minus puri aëris ſpiritus differuntur, atque purgantur.* vbi in editionibus malè ponitur comma poſt *grauiores*, cùm rectius ponendum fuiſſet poſt *autem*. neque enim, meo iudicio, τὸ *ſpirantium aurarum* referendum eſt ad *Flabris* (aliud enim ſunt Flabra, hoc eſt, validi venti, aliud Auræ, vt cuiuis notum eſt) ſed ad id quod ſequitur *grauiores & minus puri* (hoc eſt impuri) *aëris ſpiritus*. vt ſit ſenſus: ventos diſcutere (hoc enim vult ſignificatum Apuleïus per *Differre*) atque purgare impuros ſpiritus qui ex ſtagnis & lacubus exhalantur. quod magis ſimile vero eſt, quàm ventis ſubterranea terræ loca purgari, quorum peſtifera cõtagio potius imbribus abluitur vt Apuleij verbis inſiſtam. Neque tamen is ſum, qui tantum mihi tribuam, vt in recepto Ariſtotelis contextu aliquid immutare velim: conatum tantum meum conciliandi Apuleium cum Ariſtotele doctis æquiſque lectoribus ſubiicio, iudicium eis omne permittens. quod ipſum proximè ſequenti Scholio etiam publicè teſtatum volo, vtque aduerſus malignos calumniatorum dentes valeat opto.

Lin. 8. *Tepores frigus glaciale mitificant.*] Ariſtoteles, αἱ φλόγες δὲ τὸ παγετῶδες πιαίνουσιν. Per μείωσιν vertit φλόγας Tepores, vt aptius ei reſpondeat τὸ *mitificant*. Sed quâ ratione, dicet aliquis, & quidem meritò,

meritò, vertit Apuleius παίνουσι, *mitificant*? cùm potius significet *opimant*, vt præcedenti Scholio ostensum est? Ego itaq. contenderim apud Aristotelem loco illius παίνουσιν legendũ esse χλιαίνουσιν. Est enim χλιαίνειν propriè Tepefacere. Et cùm Apuleius φλόγας vertit Tepores, respexit non ad significationem φλογὸς (φλὸξ enim est flamma, hoc est aër accensus) sed ad illius effectum, Tepefacere nimirum, vel calefacere. Nam χλιαρὸν idem est quod λιαρὸν, quod quidem modò significat θερμὸν, modò ἄκρατον. & λιαρὸν quidem per ἀναγραμματισμὸν dicitur, quasi ἱλαρὸν. Ita apud Homerum λιαρὸς est Epitheton Noti, & Somni. χλιαρῷ verò vocabulo, quod idem est atque λιαρὸν, vsus est ipse Aristoteles supra capite quarto De ignibus subterraneis, quorum vicinia fontes aquarum incalescũt. καὶ τὰ μὲν, inquiens χλιαρὰ τῶν ναμάτων ἀνιᾶσι, τὰ δ', ὑπέρζεστα. quod Apuleius vertit: *Longinquitate flammæ tepidiores aquas reddunt, vicinia feruentiores.* χλιαίνουσιν itaque idem est atque Tepefaciunt & attemperant, vel vt Apuleius vertit *mitificant.* Pro χλιαίνουσιν verò, positum à scriba aliquo parum docto παίνουσιν, non tam miror, quàm viros doctos in nouâ Aristotelis editione hoc non animaduertisse. Annotarunt quidem illi, *Parum scitè nonnulla ab Apuleio versa.* quàm scitè & verè, viderint ipsi. Mihi certè Apuleij, quem penitiùs introspexi, admirationem, ob summam eius in vertendis Græcis proprietatem atque elegantiam, nunquam excutient. Budæus locum hunc Aristotelis ita vertit: *Et conflagrationes quidem quod concretius est terræ concoquunt.* parum aut nihil ad mentem Aristotelis. Rectius enim multo τὸ παγετῶδες

glaciale verteris, quàm concretum, cuius ſignificatio latiùs patet. præterea cùm videret τὸ, παίνουσι, ſignificare, *Pinguefaciunt* vel *opimant*, quæ ſignificatio huic loco non conuenit, aliam ſuppoſuit alieniorem tam à propria illius verbi ſignificatione, quàm ab Ariſtotelis ſenſu. *concoquere* enim reſpondet τῷ πέπτειν, non τῷ παίνειν.

Lin. 9. *Brumalis auſteritas terreſtrium viſcerum venas remittit.*] Ariſtoteles: οἱ πάγοι δὲ, τὰς φλόγας ἀνιᾶσι: Videri poſſit alicui Apuleius legiſſe τὰς φλέβας ἀνιᾶσι. Sed meo iudicio vſurpauit continens pro contento. atque ita, Venas vertit, flammas ſiue ignes qui in viſceribus terræ veluti venis verſantur. φλέβες enim dicuntur παρὰ τὸ δι' αὐτῶν βαίνειν τὸ φλογῶδες, vt annotauit Euſtathius.

Remittere verò, vocat Apuleius, remiſſiorem facere. quòd nimirum frigus ignium ſubterraneorum exæſtuationem reprimat ac retundat, & quodammodo temperet.

Lin. 12. *Sors naſcentium obitorum loco pullulat.*] Ariſtoteles: αἱ μὲν γενέσεις ἐπαναστέλλουσι τὰς φθοράς. Budæus τὸ ἐπαναστέλλειν vertit, *compeſcere*. hoc eſt reprimere & propulſare. Apud Stobæum pro ἐπαναστέλλουσι legitur ἀνασωζουσι. optimo planiſſimoque ſenſu. Ortu enim compenſantur interitus. Homerus eleganter vitam hominum foliis arborum comparat: quòd perpetua ſit naſcentium & morientium viciſſitudo, vt foliorum cadentium & pullulantium. Ita enim ille Ιλιαδ. ζ.

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Φύλλα, τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη

Τηλε-

Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ᾽ ἐπιγίνεται ὥρη.
Ὣς ἀνδρῶν γενεή, ἡ μὲν φύει, ἡ δ᾽ ἀπολήγει.

Lin. 12. *Nascentibus locum pandit.*] Ita vertit Apuleius τὸ κουφίζουσι τὰς γενέσεις, id est, Leuant, siue Leuiores reddunt ortus. cedendo nimirum. Neque enim vel mundus omnes caperet, vel terra omnibus alendis sufficeret, nisi morientes nascentibus cederent, & locum darent: atque ita nascentium multitudinem subleuarent.

Quæ sequuntur in Aristotele ad finem capitis vsque, non leguntur in Apuleio, consultò, vti opinor, ab illo omissa. quòd nimirum eandem cum iis quæ suprà dicta sunt sententiam habeant, nimirum discordi rerum concordia, totius vniuersi salutem constare & conseruari. Quod verò in Aristotele legitur, καὶ τότε μὲν κρατούντων, τότε κρατουμένων, apud Stobæum legitur: καὶ τὸ μὲν περικρατοῦν, τὸ δὲ περικρατούμενον.

ΚΕΦΑΛ. ϛ.

Περὶ τῆς τῶν ὅλων συνεκτικῆς αἰτίας.

ΛΟιπὸν δὴ περὶ τῆς τῶν ὅλων συνεκτικῆς αἰτίας κεφαλαιωδῶς εἰπεῖν, ὃν τρόπον καὶ περὶ τῶν ἄλλων. πλημμελὲς γὰρ, περὶ κόσμου λέγοντας, εἰ καὶ μὴ δι᾽ ἀκριβείας, ἀλλ᾽ οὖν γε ὡς εἰς τυπώδη μάθησιν, τὸ τοῦ κόσμου κυριώτατον παραλιπεῖν. ἀρχαῖος μὲν οὖν τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν

συνέστηκεν, οὐδεμία δὲ φύσις, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης, ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. διὸ καὶ τῶν παλαιῶν εἰπεῖν τινες προήχθησαν, ὅτι ταῦτα πάντα ἐστὶ θεῶν πλέα τὰ, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἰνδαλλόμενα ἡμῖν, καὶ διὰ ἀκοῆς καὶ πάσης αἰσθήσεως, τῇ μὲν θείᾳ δυνάμει πρέποντα καταβαλλόμενοι λόγον, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ. σωτὴρ μὲν γὰρ ὄντως ἁπάντων ἐστὶ καὶ γενέτωρ, τῶν ὁπωσδήποτε κατὰ τόνδε τὸν κόσμον συντελουμένων, ὁ θεός. οὐ μὴν αὐτουργοῦ καὶ ἐπιπόνου ζώου κάματον ὑπομένων, ἀλλὰ δυνάμει χρώμενος ἀτρύτῳ, δι' ἧς καὶ τῶν πόρρω δοκούντων εἶναι περιγίνεται.

CAPVT VI.

De Deo, siue causa quæ cunctarum rerum vim habet tutricem & continentem.

APVLEIVS.

RESTAT, *quod caput est sermonis huius, vt super Mundi rectore verba faciamus. Indigens quippe videbitur oratio de Mundo disputantibus, vt etsi minus curiosè, at quo modo possumus, disseramus. De Rectore quippe omnium non, vt ait ille, silere melius est: sed vel parum dicere. Vetus opinio est, atque in cogitationes omnium hominum penitus incidit, Deum esse, originis non habere auctorem*

auctorem; Deumq́; esse salutem & perseuerantiam earum quas effecerit rerum. neque vlla res est tam præstantibus viribus, quæ viduata Dei auxilio, sui natura contenta sit. Hanc opinionem vates secuti, profiteri ausi sunt, Omnia Ioue plena: [V.c. esse] cuius præsentiã non iam cogitatio sola, sed oculi, & aures & sensibilis substantia comprehendit. ad hæc composita est potestati Dei conueniens oratio. Sospitator quidem ille genitor est omnium, qui ad complendum mundum nati factíque sunt: non tamen vt corporei laboris officio orbem istum manibus suis instruxerit: sed qui quadam infatigabili prouidentia, & procul posita, cuncta contingat, & maximis interuallis disiuncta complectatur.

BVDÆVS.

RESTAT vt summatim de causa disseramus, quæ cunctarum ipsa rerum vim habet tutricem & continentem: quemadmodum cætera perstrinximus. Flagitij enim instar esset, cùm de mundo dicere instituerim, tractatu si minus exquisito fortasse, at certè qui sat esse possit ad formulam doctrinæ crassiorem, intactam præcipuam mundi partem principemque præterire. Vetus igitur sermo est, à maioribusque proditus inter omnes homines, vniuersa tum ex Deo, tum per Deum consti-

conſtituta fuiſſe atque coagmentata: nullámque naturam ſatis inſtructam ad ſalutem eſſe poſſe, quæ citra Dei præſidium ſuæ ipſa demum tutelæ permiſſa ſit. Quocirca veterum nonnulli eouſq. prouecti ſunt, vt hæc omnia dictitarent deorum eſſe plena, haurique eorum ſpectra ab hominibus oculis & auribus, reliquiſque ſenſibus: ſententiæ illi quidem fundamenta iacientes diuinæ fortaſſe potentiæ, non item diuinæ naturæ congruentia. Etenim cunctorum quæ rerum natura complectitur, cum ſeruator eſt Deus, tum verò quæcunque in hoc mundo quoque modo perficiuntur, eorum omnium idem genitor eſt: non ſic tamen, ipſe vt opificis in morem, animaliſq. laſſitudinem ſentientis, labore affici poſſit: vt qui ea facultate vtatur, quæ nulli cedat difficultati: cuius ipſe vi facultatis omnia in poteſtate continet: nec minùs etiam quæ longius ab ipſo videntur eſſe ſummota.

SCHOLIA.

Lin. 14. *Indigens quippe videbitur oratio de mundo diſputantibus, vt etſi minus curioſè, at quo modo poſſumus diſſeramus.*] Locus tam in hac editione quàm in aliis omnibus corruptus & mutilus. M S. codex meus ita legit: *Indigens quippe orationis huius videbatur rationi ſi de mundo reputantes, etſi minus curioſè, at quomodo*

poſſemus

possemus diceremus. E quibus verbis plenior sententia colligi potest, si hoc pacto legamus, nullâ literâ immutatâ, sed vltimâ tantùm dictionis *rationi* syllabâ in proximè sequentem dictionem reiectâ, hoc pacto: *Indigens quippe huius orationis videbatur ratio, nisi de mundo reputantes, de mundi rectore & si minus curiosè, at quomodo possemus diceremus*. Verba enim Aristotelis τὸ τοῦ κόσμου κυριώτατον παραλιπεῖν, manifestò indicant mutilam esse & truncatam Apuleij lectionem. Interserui itaque verba illa *de mundi rectore*, partim quòd ea Apuleius ipse statim vsurpet, partim quòd τὸ κυριώτατον τοῦ κόσμου, præcipuam & principem Mundi partem cum Budæo vertere ausus non fuerim. tametsi enim Seneca etiam alibi Deum, maximam mundi partem vocet; Christianos magis sobriè de Deo loqui debere censeo. Per κυριώτατον itaque non est intelligendum, τὸ κυριώτατον μέρος τοῦ κόσμου, sed is penes quem est summum totius vniuersi arbitrium atque moderatio, hoc est, Deus. cuius vocabuli vim atque energiam optimè explicauit Apuleius vertens *Rectorem mundi*. Notanda verò est, insolens vt nonnullis videri possit, significatio vocis *Indigens*, quâ expressit Apuleius, quàm maximè potuit propriè, more suo, Græcum πλημμελές. quid enim aliud significat τὸ πλημμελές, si veteribus Grammaticis credimus, quàm πάλιν, hoc est ἐκ δευτέρου, μέλειν, ἤτοι φροντίζειν. & πλημμέλεια, delictum quod eget secundâ curâ, vt emendetur. Delictum enim à peccato libenter distinxerim. Perinde atque Delinquere & Peccare. quòd illud, omissione officij fiat, hoc verò deliberatò committatur. Ita hoc loco Aristoteles per τὸ πλημμελὲς signi-

ficat τὸ ἐνδεὲς, hoc eſt *indigens*, ſiue τὸ ἐλλειπὲς, hoc eſt *imperfectum*, quod eôdem recidit. vt ſit ſenſus, Indigentem ſiue imperfectam cenſeri poſſe hanc rationem, hoc eſt modum orationis de Mundo, ſi quod caput rei eſt omittatur, tractatio nimirum de Deo, qui Mundum vniuerſum regit atque adminiſtrat. Budæus vertit τὸ πλημμελὲς, *Flagitij inſtar*. proprietatem vocis non ita rimatus, atque Apuleius.

Lin. 16. *Non, vt ait ille, ſilere melius eſt, ſed vel parum dicere.*] Seneca lib. Natur. Quæſt. 7. cap. 30. *Egregiè Ariſtoteles ait, Nunquam nos verecundiores eſſe debere, quàm cùm de diis agitur.* Et capite ſequenti: *Quid ſit hoc, ſine quo nihil eſt, ſcire non poſſumus.* Plato in Timæo, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας λέγειν ἀδύνατον. quod Cicero lib. De Vniuerſitate ita vertit, *Atque illum quidem quaſi parentem vniuerſitatis inuenire difficile, & cùm iam inueneris, indicare in vulgus nefas.* Ex quibus conſtat quàm religioſè de Deo loquēdum eſſe cenſuerit Gentilitas. Nobis verò tametſi ſe Deus per Filium ſuum Ieſum Chriſtum patefecerit, & diuino illo cognitionis ſui lumine animos noſtros illuſtrarit, danda tamen inprimis eſt opera, vt religioſè ſobrieque de eo & ſentiamus & loquamur, vtque periculoſas de diuinis myſteriis λογομαχίας fugiamus.

Lin. 17. *Vetus opinio eſt, atque in cogitationes omnium hominum penitus incidit*] Lege cum M S. codice meo *V. o. e. atque cogitationes omnium hominum penitus inſedit.* Inhærere enim, penituſque infixam eſſe animis omnium hominum hanc de Deo opinionem affirmat.

19. *Deum eſſe, originis non habere auctorem.*] Vet. cod. *Deum eſſe, originis haberi auctorem.* quod ita adiectione vnius coniunctionis copulatiuæ &, emendandum cenſuerim: *Deum eſſe Originis, & haberi auctorem.* hoc eſt, Deum & eſſe, & cenſeri originis omnium rerum auctorem; quod & reſpondet verbis Ariſtotelis, *ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν.*

Ibid. *Deumq́ eſſe ſalutem & perſeuerantiam earum quas effecerit rerum.*] Vet. cod. *Deumq́ ipſum ſalutem eſſe, &c.* *Perſeuerantiam* verò, vocat Apuleius durationem & conſeruationem rerum quæ vniuerſo continentur.

23. *Omnia Ioue plena.*] Vet. codex addit *eſſe.* In Ariſtotele legitur *πάντα θεῶν πλέα.* repone meo periculo *θεοῦ.* Aratus Phænomena ſua ita orditur:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄῤῥητον. μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες, &c.

Per Iouem verò ſignificatur Prouidentia diuina *δι' ἣν ἥ ζωή τε ἡμῖν καὶ ἡ εὐζωΐα ἁπάντων.*

Ibid. *Cuius præſentiam, &c.*] Per præſentiam Dei intelligit Ariſtoteles *τὴν δύναμιν θεοῦ*, hoc eſt, Effecta potentiæ diuinæ, quæ paſſim in ſenſus noſtros cadunt. Budæus vertit, *hauririque eorum ſpectra ab hominibus.* deorum ſcilicet. in quem errorem illum induxit, vulgata illa, ſed corrupta meo iudicio, apud Ariſtotelem lectio, *πάντα θεῶν πλέα*, plurali ſcilicet numero. ſententiam verò meam confirmat ipſe Ariſtoteles, ſtatim ſubiiciens *τῇ μὲν θείᾳ δυνάμει πρέποντα καταβαλλόμενοι λόγον, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ.* quod qui-

dem referẽdum est ad sententiam poëtarum quam attulit, dicentium *Omnia esse plena Ioue.* significans hoc quod poëtæ tribuunt Ioui, nimirum quòd omnia impleat, conueniens esse non essentiæ Iouis, sed eius potestati, quæ in effectibus elucet. Budæus sententiam Aristotelis non satis explanat: vbi pro, *non item diuinæ naturæ congruentis*, rectius dixisset, *non item Iouis essentiæ congruentia.* Apuleius hoc ita vertit, *ad hæc composita est potestati Dei conueniens oratio*: quod potius ita legerim: *At hæc composita est potestati Dei, non verò essentiæ conueniens oratio.* Omissum enim erat illud Aristotelis, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ.

Lin. 26. *Sospitator quidem ille genitor.*] Lege ex Aristotele, *sosp. q. ille & genitor.*

Lin. 29. *Sed qui quadam inf. prouid. & propè posita, cuncta cont.*] Expunge comma quod est post *posita.* vt sit sensus: Deum sua prouidentiâ contingere cuncta, etiam longissimè remota. Infatigabilem autem prouidentiam vocat Apuleius τὸ ἄτρυτον siue ἀκάματον. ἄτρυτος enim est ὃν οὐ τείρουσιν οἱ πόνοι. quod idem est atque ἄπονος siue ἄκοπος. Homerus simili ratione Deos vocat ῥεῖα ζώοντας. hoc est, τοὺς ἀπόνους, καὶ κατὰ ἔμφρονα ῥαστώνην ζῶντας, Ex facili viuentes. ad differentiam hominum ἐπιπόνων καὶ καματηρῶν. Sententia verò hæc est Moysis dogmati consentanea; qui de Deo ita loquitur: *Ipse dixit, & facta sunt.* Velle enim Dei, est efficere.

ARISTOTELES.

Τὴν μὲν οὖν ἀνωτάτω καὶ πρώτην ἕδραν αὐτὸς ἔλαχεν, ὕπατός τε διὰ τοῦτο ὠνόμασται, καὶ κατὰ τὸν

ποιητὴν ἀκεστάτῃ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος ἐγκαθιδρυμένος οὐρανοῦ. μάλιστα δέ πως αὐτοῦ τῆς δυνάμεως ἀπολαύει τὸ πλησίον αὐτοῦ σῶμα, καὶ ἔπειτα, τὸ μετ' ἐκεῖνο, καὶ ἐφεξῆς οὕτως, ἄχρι τῶν καθ' ἡμᾶς τόπων. διὸ γῆ τε καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἔοικεν ἐν ἀποστάσει πλείστῃ τῆς ἐκ θεοῦ ὄντα ὠφελείας, ἀσθενῆ καὶ ἀκατάλληλα εἶναι, καὶ πολλῆς μεστὰ ταραχῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθόσον ἐπὶ πᾶν διϊκνεῖσθαι πέφυκε τὸ θεῖον, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ὁμοίως συμβαίνει, τά τε ὑφ' ἡμᾶς, κατὰ τὸ ἐγγίονά τε καὶ πορρώτερον θεοῦ εἶναι, μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον ὠφελείας μεταλαμβάνοντα. κρεῖττον οὖν ὑπολαβεῖν ὃ καὶ πρέπον ἐστί, καὶ θεῷ μάλιστα ἁρμόζον, ὡς ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἱδρυμένη, καὶ τοῖς πλεῖστον ἀφεστηκόσιν, ὡς ἔνιγε εἰπεῖν, καὶ σύμπασιν αἴτιος γίνεται σωτηρίας, μᾶλλον, ἢ ὡς διήκουσα καὶ φοιτῶσα ἔνθα μὴ καλὸν μὴ δὲ εὐσχῆμον, αὐτουργεῖν τὰ ἐπὶ γῆς. τοῦτο μὲν γὰρ οὐδὲ ἀνθρώπων ἡγεμόσιν ἁρμόττει, παντὶ καὶ τῷ τυχόντι ἐφίστασθαι ἔργῳ· οἷον στρατιᾶς ἄρχοντι, ἢ πόλεως, ἢ οἴκου, καὶ εἰ χρεὼν στρωματόδεσμον εἴη δῆσαι, καὶ εἴτι φαυλότερον ἀποτελεῖν ἔργον, ὃ ἐπὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, οὐκ ἂν τὸ τυχὸν ἀνδράποδον ποιήσειεν.

APVL.

APVLEIVS.

NEC *ambigitur, eum præstantem atque sublimem sedem tenere, & poëtarum laudibus nomen eius consulum ac regum nuncupationibus prædicari, & in arduis arcibus solium consecratum. deniq. propiores quosdam de potestate eius amplius trahere, corpora cælestia illa quanto finitima sunt ei, tanto amplius de Deo capere, multoq; minus quæ ab illis sunt secunda, & ad hæc vsque terrena, pro interuallorum modo, indulgentiam Dei ad nos vsque beneficiaq; peruenire. Sed cùm credamus Deum per omnia permeare, & ad nos, & vltra potestatem sui nominis tendere: quantum abest vel imminet, tantum existimandum est eum ampliùs minúsve rebus vtilitatis dare. Quam rem rectius est atque honestius sic arbitrari summam illam potestatem, sacratam cæli penetralibus, & illis qui longißimè separantur,* est proximis* vna & eadem ratione per se & per alios opem salutis afferre, neque penetrantem atque adeuntem specialiter singula, nec indecorè attrectantem cominus cuncta. Talis quippe humilitas deiecti est, & minus sublimis officij, nec cum homine quidem conuenit, qui sit paululum conscientiæ celsioris. Militiæ Principes & curiæ proceres, & vrbium ac domorum rectores, dico nunquam commissuros esse, vt id suis manibus factum velint,*

velint, quod ſit curæ leuioris. Nihil enim poßint æquius facere dominorum imperia, miniſteria ſeruulorum. Exemplo quale ſit iſtud, intellige.

BVDÆVS.

SVMMAM igitur & primam ſedem mundi ſortitus, ea de cauſa Hypatus, quaſi ſupremus appellatus eſt: & (vt inquit Poëta) in ſummo culmine vniuerſi cæli ſuum habet ipſe domicilium ſitum & collocatum. Maximè verò vim eius ſentit, numineque eius ante omnia fruitur id corpus, quod proximè eum ſitum eſt: tum quod ſecundum ab hoc ſitum habet: & vnumquodque deinceps, prout ſituum ordo ad noſtrum vſque locum natura conſtitutus eſt. Quò fit vt & terra & terrena omnia quàm longiſſimè ab diuinitatis adminiculatione abſcedunt, tam infirmitate ſumma ſint ipſa, concinnitatiſque ſibi conſentaneæ maximè expertia: atque ideo multo tumultu exagitata. Atqui cùm ita ſit numen diuinum natura ſua comparatum, quoquo vt verſus permeet: nimirum ea in quibus ipſi verſamur, ac nobis ſuperiora, pro eo quantus eſt acceſſus ad Deum, vel abſceſſus ab eo, eius opitulationem quoque ſentiunt. Proinde id præſtabilius eſſe cenſemus, Deoque tum decentius, tum magis conſentaneum,

taneum, ita de eo opinari, vt dicamus, potestatem illam in cælo ſedes ſuas habentem, incolumitatis cauſam rebus vniuerſis præſtare, iis quoq. quæ longius ab ea remota ſunt: nec illis aſſentiri, qui eam ipſam poteſtatem per omnia pertendentem, & ventitantem ad ea quoque quæ nec adire ipſam honeſtum eſt, nec dictu ſpecioſum, ſua illic opera efficere contendunt, reſque terrenas adminiſtrare. Atqui ne ex hominum quidem principum dignitate eſſe dixeris, cuilibet operi incumbere: vt (verbi gratia) exercitus ducis, aut vrbis præfecti, atque etiam domus primarij diſpenſatoris, ſi faſciculum ſarcinarium componere, aut viliorem aliquam operam obire vſu venerit vt neceſſe ſit, cuiuſmodi munere, magni Regis tempore, ne quoduis quidem mancipium eius facile obiuiſſet.

SCHOLIA.

Lin. 32. *Sublimem ſedem tenere.*] Hanc Iouis & deorum ſedem Homerus ὄλυμπον vocat nullis exhalationibus obnoxiam, ſed ἀειλαμπῆ & ὁλολαμπῆ. quam ita deſcribit:

Οὔλυμπον δ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος, ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὐδὲ χιὼν ἐπικίδναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

quem

quem quidem Olympum Dei ſedem, οὐρανῷ ſiue cælo ſuperiorem facit, ita alibi canens,

ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν, οὔλυμπόν τε.

Hunc enim ordinem ſtatuit Homerus; Aëre ſuperiorem Ætherem. æthere, οὐρανόν. οὐρανῷ, ὄλυμπον. Optimè itaque conuenit Deo apud Græcos Epitheton ὑπάτου, vt & apud Hebræos עליון hoc eſt *Altiſsimi.* Et עליון *Excelſus dabit vocem ſuam.*

Lin. 33. *Nomen eius Conſulum ac Regum nunc. præd.*] Expreſſit Apuleius Epitheta Græca quæ Homerus Ioui ſiue Deo tribuit. ὕπατος enim factum ab ὑπέρτατος ſignificat & Supremum, & Conſulem. Hinc Hom.

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Et, ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων.

Pag. 403. lin. 1. *Et in arduis arcibus ſolium conſecratum.*] Lege cum Vet. codic. *& in ard. arc. habere ſol. conſ.* Arduas arces, vocat τὰς ἀκροπόλεις, hoc eſt, τὰ ἄκρα τῶν πόλεων. quòd arces editiſſimo vrbium loco condi ſoleant. Ariſtoteles verò facit Deum ἀκροτάτῃ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ ἐγκαθιδρυμένον, Apuleius in arcibus; comparans nimirum Conſulum & Regum in terris ἐξοχὴν, cum ſublimitate Dei ſolio ſuo inſidentis.

Lin. 3. *Tanto amplius de Deo capere.*] Vetus codex *carpere.* multo ſignificantius. vt explicet vim verbi ἀπολαύειν, quod idem eſt ac καρποῦσθαι, id eſt, fructum vtilitatemque percipere.

Lin. 4. *Terrena.*] Eleganter vertit Apul. *Terrena* τὰ καθ' ἡμᾶς.

Lin. 5. *Indulgentiam Dei ad nos vſque beneficiaq; peruenire.*] Vet. cod. legit, *indulgentiarum Dei ad nos*

vſque

vsque beneficia peruenire. vt significet, Beneficia quidem Dei etiam ad nos peruenire; indulgentius tamen, hoc est διαφιλέστερον, ad eos qui eius solio sunt propinquiores.

Lin. 7. *Et ad nos, & vltra potestatem sui nominis tendere.*] MS. cod. *& ad nos & ad vltra,* &c. Malim verò, pro *nominis*, legere *numinis.* Est enim Deus, vt ait Philo, ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα ταθείς.

Lin. 8. *Quantum abest, vel imminet.*] hoc est, pro ratione viciniæ vel longinquitatis à Deo, naturas rerum firmas esse, vel infirmas; mutationi & turbis obnoxias, vel non. Nam quod Budæus ἀκατάλληλα vertit, *concinnitatis sibi consentaneæ maximè expertia,* malim cum veteribus Grammaticis vertere *Mutabilia* & ταραχώδη. Explicans enim se ipse Aristoteles, quid significatum velit per ἀκατάλληλα, addit, καὶ πολλῆς μεστὰ ταραχῆς, id est, turbarum plena.

Lin. 10. *Quam rem rectius,* &c.] Ita & MS. cod. sed legendum omnino *Quamobrem,* &c. & ponenda nota distinctionis post *arbitrari.*

Lin. 12. *Et illis q. l. sep. * est proximis * vna & eadem ratione per se.*] Non est quod quenquam torqueant asterisci ἔλλειψιν notantes. παρέλκει potiùs litera *s* in *est.* Lege itaque ex Vet. cod. fide in hunc modum: *& illis qui longißimè separentur, & proximis, vnâ eademq; ratione, & per se, & per alios op. sal. adferre.* neque enim otiosa est repetitio hæc coniunctionis *&.* quopacto enim cum per se, tum per alios ministros vniuersitatem regat, postea latiùs declarabit. Quid autem Coluium mouerit, vt pro *qui longißimè separantur,* legendum censuerit, *longißimis,*

causam

causam non video. Apertissimo enim sensu dicit, potestatem diuini numinis tam iis qui longissimè ab eo separātur, quàm iis qui proximi ei sunt, opem salutis adferre. Hoc tantùm inter vtrosque esse discriminis, quod proximis sibi, per se: remotioribus, per alios salutem adferat.

Lin. 14. *Nec indecore attrectantem cominus cuncta.*] Expressit Apuleius vim verbi ἀυτουργεῖν, quod in vitio interdum ponitur. tametsi ἀυτουργεῖν est δι' ἑαυτοῦ ἐργάζεσθαι. Minutarum verò & sordidarum rerum attrectationem, indecoram esse diuini numinis maiestati censet.

Lin. 15. *Talis q. hum. deiecti est, & m. sub. off. nec cum,* &c.] Vet. cod. ita legit: *Talis quippe hum. deiecti & minus sublimis officij, ne cum homine quidem conuenit.*

Lin. 17. *Qui sit paululum conscientiæ celsioris.*] Vet. codex *qui sit ei*, &c. ex quo legendum putarim, *Si sit ei paul. con. celsioris.*

Lin. 18. *Domorum rectores.*] Patresfamilias ita vocat. quos Budæus, *primarios domus dispensatores.*

Lin. 20. *Quod sit curæ leuioris.*] M S. codex addit, *fuscioris quoque.* quam lectionem etiam Basileensis editio agnoscit.

Ibid. *Nihil enim posint æquius fac. dom. imp. min. famulorum.*] Frustra est Coluius emendans, *Nihil enim possunt ex æquo facere*, &c. Basileensis editio ita legit: *fuscioris quoque posint nihil obsequiis facere.* à quâ lectione in eo tantum discrepat M S. cod. meus quòd pro *obsequiis* legat, *obsequius.* Ego in dictione *quoque* syllabas transpositas esse crediderim; & vltimam eius syllabam, *que* scilicet coniungendam esse

dictioni præcedenti, *fusciorū*, & legendum esse, *quod sit cura leuiorū fuscioríſque.* vt per leues curas, intelligat minutas: per fusciores, [fortè *turpiores*] res minimè decoras. Fuscum enim Latinis est, quod Græcis φαιὸν. quod & turpe & deforme significat: à quâ voce Græca videtur fluxisse vox Hispanica Feo; id est, turpis & deformis, ater. vt cùm de muliere deformi dicunt, *Es fea como la noche.* quemadmodum itaque hac significatione Feo, siue τὸ φαιὸν opponitur, candido, & per consequens, pulchro: ita Apuleius fortasse Fuscam curam, opponit splendidæ, & quæ sit digna rege. deinde putarim prioré illius dictionis *quoque* syllabam, *quo* scilicet, coniungendam esse cum sequentibus, atque ita legendum: *quo*, id est qua re *poſsint nihil ſequius.* [id est alienius à decoro vel indecentius] *facere dominorum imperia, ministeria seruulorum*, quàm nimirum si vtrobique ratio officij siue decori violetur. Sequius deducit Apuleius à *Secus*. Ita alibi Sexum sequiorem vocat, muliebrem, id est deteriorem. Secius verò deducit idem Apul. à Sero, vt & Plaut. Amph. *Si fortè paulò quàm veniam secius.*

Lin. 21. *Exemplum quale sit istud intellige.*] Vetus codex. *Exemplo quale sit istud intelligi.* cui lectioni, vt constet sententia, adde, *potest.*

ARISTOTELES.

Ἀλλ' οἷον ἱστορεῖται, Καμβύζου, Ξέρξου τε καὶ Δαρείου πρόσχημα, εἰς σεμνότητος καὶ ὑπεροχῆς ὕψος μεγαλοπρεπῶς διηνεγκόσμηνο. αὐτὸς μὲν γὰρ, ὡς

λόγος,

λόγος, ἵδρυτο ἐν Σούσοις ἢ Ἐκβατάνοις, παντὶ ἀόρατος, θαυμαστὸν ἐπέχων βασίλειον οἶκον, καὶ περίβολον χρυσῷ καὶ ἠλέκτρῳ καὶ ἐλέφαντι ἀστράπτοντα· πυλῶνες δὲ πολλοὶ καὶ συνεχεῖς, πρόθυρά τε συχνοῖς εἰργόμενα σταδίοις ἀπ' ἀλλήλων. θύραις τε χαλκαῖς, καὶ τείχεσι μεγάλοις ὠχύρωτο· ἔξω δὲ τούτων ἄνδρες οἱ πρῶτοι καὶ δοκιμώτατοι διεκεκόσμηντο· οἱ μὲν ἀμφ' αὐτὸν βασιλέα, δορυφόροι τε καὶ θεράποντες· οἱ δὲ, ἑκάστου περιβόλου φύλακες, πυλωροί τε, καὶ ὠτακουσταὶ λεγόμενοι· ὡς ἂν ὁ βασιλεὺς αὐτὸς δεσπότης καὶ θεὸς ὀνομαζόμενος, πάντα μὲν βλέποι, πάντα δὲ ἀκούοι. χωρὶς δὲ τούτων, ἄλλοι καθειστήκεσαν προσόδων ταμίαι, καὶ στρατηγοὶ πολέμων καὶ κυνηγεσίων, δώρων τε ἀποδεκτῆρες, τῶν τε λοιπῶν ἔργων ἕκαστοι κατὰ τὰς χρείας ἐπιμεληταί. τὴν δὲ σύμπασαν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας, περατουμένην, Ἑλλησπόντῳ μὲν ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν μερῶν, Ἰνδῷ δὲ, ἐκ τῶν πρὸς ἕω, διειλήφεσαν κατὰ ἔθνη στρατηγοὶ καὶ σατράπαι, καὶ βασιλεῖς, δοῦλοι τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες, φρυκτωριῶν τε ἐποπτῆρες. τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ κόσμος καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωριῶν, κατὰ διαδοχὰς πυρσευουσῶν ἀλλή-

ἀλλήλοις ἐκ περάτων τῆς ἀρχῆς μέχρι Σούσων καὶ Ἐκβατάνων, ὥστε τὸν βασιλέα γινώσκειν αὐθημερὸν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καινουργούμενα.

APVLEIVS.

CAMBYSES, & *Xerxes, & Darius, potentißimi reges fuerunt. horum præpotentia, quam ex opibus collegerant, lenocinium vitæ effecerat celsioris. cùm eorum alter apud Susam & Erbabanas, vt in fano quodam sacratus, nulli temere notitiam oris sui panderet: sed circumseptus admirabili regia, cuius tecta fulgerent eboris niue, argenti luce, flammis ex auro, vel electri claritate. Lumina vero alia præ aliis erant. interiores fores, exteriores ianuæ imminebant, portæque ferratæ, & muri adamantina firmitate. Ante fores, viri fortes, stipatoresque regalium laterum, tutela peruigili, custodiam per vices sortium sustinebant. Erant inter eos diuisa officia, in comitatu regio armigeri quidam. at extrinsecus, singuli custodes locorum erant, & ianitores, & atrienses. Sed inter eos Aures regiæ, & Imperatoris oculi quidam homines vocabantur. Per quæ officiorum genera rex ille ab hominibus deus esse credebatur. cùm omnia quæcunque ibi gererentur, ille Otacustarum delatione discebat. Dispensatores pecuniæ, quæstores vectigalium, tribunos ærarios habebat.*

Lenocinium vitæ

bebat, alios & alios præfecerat cæteris vrbibus. alij venatibus prouinciam nacti; pars domibus & muneribus præfecti putabantur; & cæteri perpetuis magniſq́; curis obſeruatione ſingularum rerum appoſiti erant: ſed omne Atticum regnum ab Occidente Helleſpontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum. Duces & ſatrapæ vbique diſpoſiti, & permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant & curſores diurni, atque nocturni exploratores, & nuntij ſpecularum incenſores aſſidui. Tum horum per vices incenſæ faces ex omnibus regni ſublimibus locis, in vno die ſignificabant Imperatori quod erat ſcito opus.

BVDÆVS.

QVIPPE (vt proditur) viſenda quædam ſpecies Cambyſis, Xerxis, & Darij regnantium, in exquiſitum maieſtatis faſtigium exornata erat, compoſitaque magnificè, omnibuſque numeris venerationis auguſta. Et quidem (vt fama eſt) Suſis ipſe aut Ecbatanis ſedibus collocatis, procul hominum conſpectu regiam ſanè admirandam obtinebat, ambitu ſeptam auro, electro, eboreque fulgenti: cui veſtibula multa erant atriaque continentia: multæ verò ianuæ, multorum ſtadiorum interſtitiis ita dimenſæ inter ſe atque diremptæ, vt aditus æneis foribus muriſque

magnis obſtructi atque muniti eſſent. Tum autem viri principes & lectiſſimi in ſtationes digeſti erant, atque decuriati rectè atque ordine: pars munere ſtipantium regem ipſum fungentes, eiq́ue famulantium: pars cuſtodes circa ſepta regiæ appoſiti (ianitores emiſſarioſq́. appellabant) cùm interim Rex ipſe, qui idem dominus deusq́ue vocitabatur, omnia & videret & audiret. Ab his item erant alij vectigalium quæſtores obuentionumq́ue conſtituti: alij duces tum bellici, tum venatores: alij coactores munerarij: alij denique munerum reliquorum curatores, prout vſus ratioq́ue adminiſtrandarum rerum ferebat. Tum autem vniuerſum Aſiæ imperium, Helleſponto quidem ab Occidentis partibus terminatum: India autem ab Orientis, regunt pro poteſtate Prætores, Præfecti, & Reguli, ſerui regis ipſius qui magnus appellatur. Curſores etiam, exploratoreſq́ue, ſtatores, & cuſtodes ſtationarij, & denique ſpecularij excubitores. Quorum erat ipſorum is apparatus, ea deſcriptæ collocationis ratio, tam rato ordine vices munerum conſtitutæ; & præſertim eorũ qui ignes edere prænuncios, & tollere è ſpeculis ſoliti ſunt, deinceps in aliam illi quidem ex alia

dantes accipientesque signum in orbem: abusque finibus imperij adusque Susa & Ecbatana, quicquid rerum nouarum quisquam in Asia moliretur aut inceptaret, Rex vt ipse vno die resci sceret.

SCHOLIA.

Lin. 23. *Horum præpotentia, q. ex op. coll. len. vit. eff. celsioris.*] Ita editiones, quas vidi omnes, vt etiam cod. M S. qui in eo tantùm discrepat, quòd pro *celsioris* legat *celsiorem.* Ex quo colligo legendum etiam esse *horum præpotentiam.* vt sit sensus: Lenocinium vitæ effecisse eorum præpotentiam celsiorem, hoc est augustiorem: & addidisse illorum potentiæ plus maiestatis & venerationis. Lenocinium autem vitæ, propriè admodum atque eleganter vocat, id quod Aristoteles appellat πρόσχημα: Budæus ieiunè, *Visendam quandam speciem.* cùm potius sit, magnificus quidem exterior apparatus, &, vt veteres Grammatici interpretãtur, καλλωπισμὸς. Hesychius, πρόσχημα, πρόφασις, ὑπόκρισις, προκάλυμμα. metaphorâ sumptâ à lenonibus siue πορνοβόσκοις, qui meretrices suas fuco, vestibusq. sumtuosis, alioque ornatu exteriore commendabiliores prostituunt.

25. *Apud Susam & Ecbatanas.*] Susa illustris apud Persas vrbs, auctore Stephano de vrbibus, qui eam ita dictam ait à frequentia liliorum quæ ibi nascuntur. Lilium enim à Persis dicitur σοῦσα. Ecbatana pluraliter Stephano, maior Mediæ pars. Est & vrbs Syriæ.

Ibid. *Vt in fano quodam sacratus.*] Explicat Apu-

leius vim verbi ἵδρυτο. ἱδρύεσθαι enim dicitur ναὸς ἢ ἄγαλμα. tametsi Homerus plerumque vsurpet τὸ ἱδρύεσθαι simpliciter pro καθῆσθαι, id est, sedere: sed & hæc significatio huic loco conuenit, vt nimirum sederit, sed instar numinis alicuius in fano. Ita Aristoteles hoc ipso libro frequenter eo verbo vtitur, de Deo loquens: vt, ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἱδρυμένη. Item, αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω χώρας ἱδρύσθαι. Item, ἐν ἀκινήτῳ ἱδρυμένος. Vbique ἱδρυμένος propriè verti potest, *Sacratus*, siue *Consecratus*. quod longè amplius est, quàm, vt Budæus vertit, *sedibus collocatus*.

26. *Notitiam oris sui panderet.*] Corruptè in editionibus omnibus legebatur *notitiam moris*, quod nequaquam respondebat cum τῷ, ἀόρατος. Notitiam oris, hoc est vultus sui pandere est, videndi sui copiam facere. Rectè itaque Coluius ita emendauit. vt & MS. cod. meus legit.

28. *Cuius tecta fulgerent eboris niue.*] τὸ ἀστράπτειν vertit Apul. *fulgere*. vnde ἀστραπὴ, fulgur. Horatius Renidere vocat, *Non ebur, neque aureum.*

Mea renidet in domo lacunar.

Apuleius verò videns verbum *Fulgere*, generalem habere significationem; & tam ebori, quàm argento & auro electroque conuenientem; maluit singulis suam proprietatem tribuere; Ebori scilicet candorem, quem per niuem significat; argento lucem; auro flammam, electro claritatem.

29. *Lumina verò, &c.*] Lege *Limina* πυλεῶνες. tametsi πυλεὼν & πυλὼν Ianuam quoque significet.

Ibid. *Inter for. exter. ian. imminebant.*] Quis non animaduertit Solœcismum? dicendum enim erat, Inferioribus foribus exteriores fores imminebant.

Sed ne

Sed ne hoc quidem vult Aristoteles. Imminent enim quæ vicina, imò proxima ac pæne contigua sunt: at hæc φρύγες, vt inquit Aristoteles, erant συχνοῖς εἰργόμενα σαδίοις ἀπ' ἀλλήλων, hoc est, vt vertit Budæus, *multorum stadiorum interstitiis dimensa inter se, ac dirempta.* Lege itaque pro *Imminebant*, vt est in omnibus editionibus, *muniebant.* hoc est, concludebant, & arcebant ab aditu siue ingressu. vtrumque enim hoc significatur per εἰργόμενα. Nam εἴργω, significat & κωλύω, id est, prohibeo & arceo, & ἐγκλείω. Sic Horatius,

Inclusam Danaen turris ahenea,
Robustæq́ fores, & vigilum canum
Tristes excubiæ munierant satis
Nocturnis ab adulteris.

Lin. 31. *Stipatoresq́ regalium laterum.*] Laterones siue σωματοφύλακες.

Pag. 404. lin. 2. *Sed inter eos Aures regiæ.*] Ita vertit Apuleius τὰ ὠτακουστὰ, qui à veteribus dicti sunt Auricularij. Notum est illud, Regibus longas esse aures. Adiungit verò Apuleius Auribus regiis, etiam eos qui oculi Imperatoris dicebantur; quales Oculos describit Philostratus De vita Apollonij, sub finem libri quarti: διαλεγόμενον τε, inquiens, καὶ σιωπῶντα, καὶ καθήμενον, καὶ βαδίζοντα, καὶ ὅ,τι φάγοι, καὶ παρ' ὅτῳ, καὶ εἰ ἔθυσεν, ἢ μὴ ἔθυσε περιήθρει πᾶσιν ὀφθαλμοῖς, ὁπόσοις ἡ ἀρχὴ βλέπει.

Lin. 4. *Per quæ officiorum genera.*] Per officia intelligit Apuleius officiales, vt ita dicam, hoc est, ministros regios, qui in prouincias mittebantur. Iulius Capitolinus, Officia palatina vocat; ita enim in Gallienis ille; *Cùm iret ad hortos nominis sui, omnia palatina officia*

na officia ſequebantur. De iis vide auctorem Notitiæ prouinciarum. qui & Officia cohortalia recenſet.

Ibid. *Deus eſſe crederetur.*] Perſarum morem imitatus Alexander, adorari etiam voluit. tametſi grauiores illi æquioreſque ad id cauſæ, ὑπέστης μὲ αὐτῷ, vt inquit Arrianus, καὶ τῆς ἀμφὶ τοῦ Ἄμμωνος πατρὸς μᾶλλόν τι ἢ Φιλίππου δόξης.

Lin. 5. *Quæcunque ibi gererentur.*] Vet. c. *egererentur*; hoc eſt dicerentur, effutirentur.

6. *Otacuſtarum delatione diſcebat.*] Vetus codex, *relatione*. & quidem rectius. Delatio enim in vitio ponitur. & Delator eſt κατήγορος. Otacuſtæ verò non erant Delatores, vel διάβολοι, hoc eſt Criminatores: ſed iuſſu regis, ad eum referebāt quæ audiſſent.

Ibid. *Diſpenſatores pec. quæſt. vectig. tribunos ærarios habebat.*] Fuſius vertit Apuleius illud Ariſtotelis, προσόδων ταμίαι. πρόσοδος, nomen eſt generale, ſignificans *Reditum*, hoc eſt, vt interpretantur Iureconſulti, quicquid ex aliqua re obuenit. vnde & Obuentiones dicuntur. Continentur itaque hoc generali nomine, τὰ χρήματα βασιλικά, id eſt, Pecunia regia, φόροι vel τέλη, vectigalia, & ταμεῖον ſiue δημόσιον hoc eſt Fiſcus, ſiue ærarium publicum. quibus præficit Apuleius, Diſpenſatores, quæſtores, & tribunos ærarios. quos promiſcuè Græci ταμίας vocant. nonnulli ταμιακούς; alij, ταμιούχους. Gloſſarium vetus: Vectigalia προσόδους πολιτικὰς vocat, fortaſſe quòd in his præcipui ſint regum reditus: cuius generis ſunt Portoria & Portaria, quæ Gloſſ. Vet. interpretatur τέλη ἐν λιμένι. & τέλη πύλων.

Lin. 7. *Alios & alios præfecerat ceteris vrbibus.*] Videtur

detur Apuleius legiſſe in Ariſtotele στρατηγοὶ πόλεων, non verò vt editiones omnes habent, στρατηγοὶ πολέμων. aut fortaſſe vtrunque Ariſtoteles poſuit, στρατηγοὶ πόλεων καὶ πολέμων. στρατηγὸς enim, hoc eſt Prætor, vtrunque ſignificat, & τὸν ἄρχοντα τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν καὶ τὸν ἐφεστῶτα τοῖς ὅπλοις. vt Iuſtiniani Imperatoris verbis vtar, qui διατάξει τῶν Νεαρῶν κε Prætoris appellationem apud Romanos conſulari antiquiorem fuiſſe dicit: cuius verba adſcribam: ὄνομα γὰρ τοῦτο, inquit, de Prætore loquens, πάτριον τῇ ῥωμαίων ἀρχῇ, καὶ πρέσβυ αὐτῶν τῶν ὑπάτων κατὰ τὴν μεγάλην τῶν ῥωμαίων πολιτευσάμενον πόλιν. ῥωμαῖοι γὰρ οἱ πάλαι. τοὺς σφῶν αὐτῶν στρατηγοὺς, πραίτωρας ὠνόμαζον, τῶν στρατευμάτων τὴν ἡγεμονίας παρεῖχον, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γραφομένοις ἐπείθοντο νόμοις, καὶ ἦν ἀρχή τις ἐξ ἀμφοῖν κεκραμένη, καὶ ἐν ἑαυτῇ περιφέρουσά τε καὶ δεικνῦσα τήν τε ἐν ταῖς παρατάξεσιν ἰσχὺν, τήν τε ἐν τοῖς νόμοις εὐκοσμίαν. Quam veterum Romanorum conſuetudinem, conferendi nimirum vtramque poteſtatem & Legum & armorum, hoc eſt ἄρχοντος & στρατηγοῦ in vnum Prætorem ſiue Strategum, Iuſtinianus Imperator in vſum reuocauit; quarum dignitatum ſocietatem, optimè inter ſe naturâ congruentem, tempus diremerat. Malè verò in textu Ariſtotelis Græco hæc duo coniunguntur, στρατηγοὶ πολέμων καὶ κυνηγεσιῶν. Neque enim qui Venatibus agendis præeſt, στρατηγὸς dici poteſt. ſed rectè ac propriè, tam de eo qui ciuitati, quàm qui exercitui præeſt, dicitur. στρατὸς enim, non tantùm exercitum, hoc eſt, militum multitudinem, ſed & ciuium ſignificat. Pind. Olymp. Ode v. ἵππαισιν οἶσιν ἄρδει στρατόν. quod interpres non rectè vertit, Quibus Hipparis rigat exercitum. στρατὸς enim ibi, vt & aliis multis locis,

non

non στράτευμα, sed ὄχλον siue multitudinem ciuium, & per hos vrbem significat. Ponendum itaque est comma post πολέμων, & deinceps ita legendum, καὶ κυνηγεσιῶν δώρων τε ἀποδεκτῆρες.

Lin. 9. *Pars domibus & muneribus præfecti putabantur.*] Legendum omnino *donis & muneribus*. accipiendis scilicet, nomine Magni regis. nam ita eos vocat Aristoteles, ἀποδεκτῆρας. Neque enim quisquam eum adibat, qui non vt deo donarium aliquod adferret: quem adhuc morem seruat Scytharum Imperator: cui vectigalis, prôh pudor, etiam noster κοίρανος. Inter Donum verò & Munus hoc discrimen ponunt Grammatici, quod illud sit dantis; hoc, accipientis. Theologi Scholastici Dona vocant quæ voluntariè donantur: Munera quæ pro aliquo munere vel mercede offeruntur.

Lin. 10. *Obseruatione sing. rer. app. erant.*] Lege, *obseruationi* &c. vt constet ratio syntaxeos.

Lin. 11. *Sed omne Atticum regnum.*] Legendum omnino ex Aristotele, *Asiaticum regnum*, quod & ἀξιοχώτατος Iustus Lipsius, priusquàm ego Apuleium accuratè cum Aristotele conferre cœpissem, animaduerterat, meque monuerat. Budæus vertit, *Tum autem vniuersum Asiæ imperium Hellesponto esse terminatum*. E quâ versione, quòd scilicet Budæus addat, *Tum*, respectu ad tempus illud quo reges de quibus agit Asiæ imperabant, quò & Apuleius respicere videtur, vertens *terminabat*: is qui non ita pridem nouum Aristotelem Græcolatinum edidit, margini huius loci adscripsit, *Sed omne antiquum regnum*. quam quidem lectionem nequaquam improbauerim. plenior tamen mihi illius sensus futurus

turus

turus videtur, si legamus, *Antiquum Asiæ regnum*, vt Aristotelis verba ἀρχὴν τῆς Ἀσίας exprimamus. cuiusquidem regni fines tametsi fuerint propagati, vetus tamen Asia vt tertia Orbis terrarum pars, iisdem semper quibus à Geographis circumscripta erat terminis clauditur.

Lin. 12. *Gens inchoabat Indorum.*] Aristoteles, ἰνδῶν ἦ,&c. rectius, vel τῇ δ' ἰνδῶν, vel, vt & alij annotarunt ἰνδῷ, flumine scilicet maximo. quippe quod, quindecim ex maioribus Asiæ fluminibus in se receptis, nomen nihilominus perpetuò suum retinet. de cuius incredibili amplitudine, vide Arrianum De rebus gestis Alexandri Magni lib. 5.

Lin. 13. *Et permista locis omnibus mancipia regalia.*] Bud. secutus verba Aristotelis, vt in vulgatis hodie editionib. omnibus leguntur, δοῦλοι τοῦ μεγάλου βασιλέως, Prætores, Duces, & Satrapas Asiæ, seruos Magni regis facit: non animaduertens Aristotelici textus vitium. Legendum enim est omnino, δοῦλοι τε μεγάλου βασιλέως, vel δοῦλοι τε τοῦ μεγάλου βασιλέως. Neq. enim hæc verba referenda sunt ad Prætores, duces, & satrapas; qui cum suis quisque locis vicem gererent Magni regis, certè eius mancipia appellari nullâ ratione possunt: sed cursores, speculatores, exploratores, nuntij, aliaque viliora id genus officia, δούλων hoc est mancipiorum, vti vertit Apuleius, appellatione censeri possunt, & debent. Editio quam secutus est Apuleius integrior fuit. atque ita regum vicariis sua ab eo dignitas sarta tecta conseruatur.

Lin. 14. *Ex eo numero erant & cursores diurni.*] Vet. cod. legit, *Excursores*. Diurni verò excursores, siue vt Aristoteles eos vocat, ἡμεροδρόμοι, sunt quos posterior

poſterior ætas angaros & veredarios appellauit. tametſi Liuius lib. 31. dici putat Speculatores ἡμεροδρόμους, quòd ingens vno die metirentur ſpacium. Procopius de bello Vandalico; τῶν inquit, τοὺς βασιλικὰς ἀποκείσεις ἀναστελλομένων, οὓς δὴ βερεδαρίους καλοῦσι. Hieronymus etiam in hiſtoriâ Eſter Veredarios vocat, qui iuſſu principum huc atque illuc curſu publico mittuntur. Ioſephus, Angaros vocat. porrò Veredi ſunt publici equi curſuales. Gloſſ. vet. interpretatur Veredus, πῶλος. Procopius De bello Perſico lib. II. ὁ δὲ ἵπποις τοῖς δημοσίοις ὀχούμενος οὓς δὴ βερέδους καλεῖν νενομίκασιν. Feſtus dictos vult Veredos, quòd vehant rhedis. ſed tum dicebantur verhedi. vt annotat V. Cl. Iac. Cuiacius ex Pandect. Flor. L. vlt. D. de mun. & hon. apud quem plura de Angariis & Parangariis, Veredis & Parauerediis reperies in doctiſſimis illis Commentariis ad tres poſtremos Libros Cod. Iuſtiniani. Vide etiam quæ in hanc rem annotauit Cælius Rhodiginus lect. Antiq. lib. 18. cap. 8.

Lin. 15. *Et nunc ij ſpecularum incenſores aſſidui.*] Vet. cod. *Speculatorum*, minus rectè. Speculæ, Homero σκοπαὶ, ſunt loca eminentiora, in quibus ſpeculatores ſunt diſpoſiti, qui ea quæ vel oculis vel voce acceperunt; eâdem etiam ratione aliis tranſmittunt atque ſignificant. Cicer. in Verrem, *Non enim ſicut antea conſuetudo erat, prædonum aduentum ſignificabat ignis è ſpeculâ ſublatus aut tumulo.* Græcis φρυκτωρεῖαι dictæ, quæ ad νυκτερινὴν φυλακὴν ſiue potiùs παραφυλακὴν, τὴν διὰ τοῦ πυρὸς pertinebant, ita dictæ ἀπὸ τοῦ ὡρῶ, id eſt cuſtodio, & φρυκτὸς quod ſignificat facem, vel lampadem, vel ſimpliciter καῦσιν, id eſt,

incenſio-

incenſionem aliquam quæ fit ἐκ τῶν φρυγάνων, id eſt materia tenui & arida ad incendendum idonea. quæ quidem νυκτερινὴ φυλακὴ, διὰ τοῦ πυρὸς, poſteriori æuo βίγλα vocata eſt, corruptè à vocabulo Latinè, Vigilia. cuius adminiſtratio & cura erat penes τὸν μέγαν δρουγγάριον τῆς βίγλας, qua dignitate olim functus fuit Byzantij Ioannes Zonaras. De vſu huiuſmodi φρυκτωρειῶν vide elegantiſſimum locum in Æſchyli tragœdia cui titulus Agamemnon; qui cum ad obſidendã Troiam proficiſceretur, Clytemneſtræ vxori ſuæ promiſerat, ſe, ſi eam vrbem expugnaret, eo ipſo die quo id accidiſſet, ipſi διὰ πυρσοῦ, id eſt, per faces accenſas ſignificaturum: Expugnata itaque Troia, accenſo noctu in Idæ montis vertice igne, qui hoc indicium circumiacentibus locis tranſmitteret, eo ipſo quo Troiam expugnarat die vxorem ſuam de victoriâ ſua certiorem fecit. Ita enim apud Sophoclem nũtius viſis illis ignibus Clytemneſtræ fidem facit. Clytemneſtra enim quiſnam nuntium de capta Troia attulerit interrogante, ſic ei reſpondetur.

Ἥφαιστος ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας.
Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγέλου [aliâs ἀγγάρου]
πυρὸς
ἔπεμπεν. ἴδη μὲν, πρὸς ἑρμαῖον λέπας
Λήμνου. μέγαν δὲ φανὸν ἐκ νήσου τρίτον
Ἄθωον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο,
ὑπερτελής τε πόντον ὥστε νωτίσαι
ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονὴν
Πεύκη, τὸ χρυσοφεγγὲς, ὥς τις ἥλιος
Σέλας παραγγείλασα Μακίστου σκοπαῖς.

His verſibus & ſequentibus quos breuitatis cauſâ omitto, Sophocles quod antea φρυκτωρείαν vocarat,

nunc

nunc φρυκτὸν, mox φανὸν, inde λαμπάδα, posteà σέλας; denique πομπὸν πυρός. & φάος τηλέπομπον vocat; πυρσοὺς nimirũ siue facies in Ida monte accensas, quæ hoc indicium aliis atque aliis remotioribus locis ἐκ διαδοχῆς transmittebant. Visuntur etiamnum hodie in Hispania innumeræ speculæ ad vertices montium à Mauris, cùm totam propemodũ Hispaniam occuparãt, relictæ, Atalayas Arabico nomine vocãt, è quibus momento temporis accẽsis ignibus nuntium de aduẽtu hostiũ per vniuersam prouinciam transmittebant. tametsi ex Liuio constat, antiquiorem etiam in Hispania eiuscemodi specularũ vsum fuisse. Ita enim ille lib. 31. *Multas & locis altis positas turres habet Hispania, quibus & speculis & propugnaculis aduersus latrones vtuntur.* Quas ego in Hispania vidi, non tantam vetustatem præ se ferunt.

Pro *incensores* verò, quod est in Apuleio, Coluio magis arridet *Inscensores* vel *Inspectores*, respectu ad vocem ἐποπτῆρες. quæ vox tametsi quidem significet Inspectorem; parum tamen profuerit φρυκτωρίας inspicere, nisi eas incendendi curam gerat. Apuleius itaque vertens τὸ ἐποπτῆρας *incensores*, respexit ad speculatorum curam & munus. Et omnino ἐποπτὴρ, significat etiam ἐπιμελητὴν, id est Curatorem, vt & ἔφορος & ἐπίσκοπος. ἔφοροι Atheniensium noti. ἐπίσκοποι Indorum, non item. quos Arrianus lib. De rebus Indicis describit: οὗτοι, inquiens, ἐφορῶσι τὰ γινόμενα, κατὰ τὴν χώρην, καὶ κατὰ τὰς πόλιας. καὶ ταῦτα ἀναγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ ἢ τοῖς τέλεσι. καὶ τούτοις addit οὐ θέμις ψεῦδος ἀναγγεῖλαι οὐδὲν, οὐδέ τις Ινδῶν αἰτίην ἔχει ψεύσασθαι.

Lin. 16. *Tum horum per vices incensæ faces.*] Aristoteles

ſtoteles κατὰ διαδοχὰς πυρσευουσῶν ἀλλήλοις. Bud. *in aliam illi quidem ex alia dantes accipienteſq; ſignum in orbem.* Non tā ſignificanter, quàm prolixè. Æſch. in Agam.

σθένουσα λαμπὰς δ' οὐδέπω μαυρουμένη,
ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσωποῦ, δίκην
φαιδρᾶς σελήνης, πρὸς Κιθαιρῶνος λέπας
ἤγειρεν ἄλλην ἐκδοχὴν πομποῦ πυρός.

& paulò poſt:

τοιοί δ' ἔτυμοι λαμπαδηφόρων νόμοι
ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι.

Per vices itaque & ordine, vna ſpecula alteri ſpeculæ indicium illud ignis tranſmittebat. Aliquid tamen aliud mihi ſignificare velle videtur Apuleius, cùm ait, facibus per vicem incenſis ſignificatum Imperatori quod erat ſcito opus. Cùm enim variæ res ſeſe offerant ſignificādæ, variam etiam fuiſſe facium incenſionē veriſimile eſt. Plures itaq. numero πυρσοὺς ſiue faces accenſas in ordinem diſpoſitas in ſpeculis fuiſſe autumo, quarum per vices artificioſâ erectione & depreſſione, modò huius, ſcilicet, modò alterius, perinde atque voce, vel ſcripto ſignificaſſe quicquid vellent. alioqui ſi vnam tantùm ac ſimplicem perpetuoque ſibi ſimilem lampadum incenſionem fuiſſe ſtatuamus: vna etiam tantum res per eas ſignificari potuit. De hac verò ratione, per quinque faces accenſas ſignificandi eminus quidquid placuerit, ſcio me ante annos multos aliquid legiſſe, cuius non ſatis iam memini.

Lin. 17. *In vno die Imperatori ſignificabāt.*] Herodotus author eſt, Nihil in rebus humanis hoc ignium indicio eſſe velocius. Et Xenophon Cyropædiæ lib. 8. hos nuncios gruum volatu celeriores facit.

Cleomedes περὶ τῆς κυκλικῆς θεωρείας, ſcribit Perſarum regem, quum Græciæ arma inuliſſet, ita diſpoſuiſſe per ſtationes homines quoſdã à Suſis Athenas vſque, vt quæ à ſe in Græciâ gererentur, Perſis ſignificari, voce per ſtationarios exceptâ poſſent. Id ſpacio horarum XLVIII. factum fuiſſe volunt.

ARISTOTELES.

Νομιστέον δὴ τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως ὑπεροχὴν, πρὸς τὴν τοῦ τὸν κόσμον ἐπέχοντος θεοῦ, τοσοῦτον καταδεεστέραν, ὅσον τῆς ἐκείνου, τὴν τοῦ φαυλοτάτου τε καὶ ἀσθενεστάτου ζώου. ὥστε, εἴπερ ἄσεμνον ἦν αὐτῷ, αὐτὸν δοκεῖν Ξέρξην αὐτουργεῖν ἅπαντα καὶ διατελεῖν ἃ βούλοιτο, καὶ ἐφιστάμενον διοικεῖν, πολὺ μᾶλλον ἀπρεπὲς ἂν εἴη τῷ θεῷ· σεμνότερον δὲ καὶ πρεπωδέστερον, αὐτὸν μὲν ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω χώρας ἱδρύσθαι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου διήκουσαν, ἥλιόν τε κινεῖν καὶ σελήνην, καὶ τὸν πάντα οὐρανὸν περιάγειν, αἴτιόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίας· οὐδὲν γὰρ ἐπιτεχνήσεως αὐτῷ δεῖ, καὶ ὑπηρεσίας τῆς παρ' ἑτέρων, ὥσπερ τοῖς παρ' ἡμῖν ἄρχουσι τῆς πολυχειρίας διὰ τὴν ἀσθένειαν. ἀλλὰ τοῦτο ἦν τὸ θειότατον, τὸ μετὰ ῥᾳστώνης καὶ ἁπλῆς κινήσεως παντοδαπὰς ἀποτελεῖν ἰδέας· ὥσπερ ἀμέλει δρῶσιν οἱ μεγαλότεροι διὰ μιᾶς

ὀργάνου

ὀργάνου χαστηρίας, πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦντες. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ νευροσπάσται, μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι, καὶ χεῖρα τοῦ ζώου, καὶ ὦμον, καὶ ὀφθαλμόν, ἔστι δὲ ὅτε πάντα τὰ μέρη, μετά τινος εὐρυθμίας.

APVLEIVS.

IGITVR *regnum illud ita componi oportet cum Mundi aulâ, vt inter ſe comparentur ſummus atque exuperantiſsimus diuûm, & homo ignauus & peſsimus. Quod ſi cui viro, vel cuilibet regi indecorum eſt per ſemetipſum procurare omnia, & perficere: multo magis Deo inconueniens erit. Quare ſic putandum eſt, eum maximè maieſtatem retinere, ſi ipſe in alto reſideat loco: eas autem poteſtates per omnes Mundi partes Orbiſq; diſpenſet, quæ ſint penes Solem ac Lunam, cunctumq; cælum. Horum enim cura ſalutem terrenorum omnium gubernat. Nec multis ei opus eſt, nec particeps hominum conſeruatione. quibus, propter ignauiam, appoſitum eſt pluribus indigere. An non eiuſmodi compendio machinatores fabricarum, aſtutiâ vnius conuerſionis multa & varia pariter adminiſtrant, etiam illi, qui in ligneolis hominum figuris geſtus mouent? quando filum membri quod agitari ſolet traxerint; torquebitur ceruix, nutabit caput, oculi vibrabunt, ma-*

nus ad miniſterium præſto erunt: nec inuenuſtè totus videbitur viuere.

BVDÆVS.

ATQVI ſtatuere nos oportet, magni ipſius Regis faſtigium, præut quidem eſt Dei eminentia, qui pro poteſtate Mundum tanquam prouinciam obtinet, tam eſſe infimũ, quàm eſſet ſummum hoc ipſum Regis faſtigium, ſi cum animante quodam viliſſimo atque infirmiſſimo componeretur. Quapropter ſi è dignitate regis haud quaquam eſſet, Xerxem functione propria adminiſtrare omnia & abſoluere quæcunque facta cuperet, ne ipſum quidem operibus faciendis inſtantem, curatoris operum officio perfungi: longè id nimirum minus Deo conuenit. Quare auguſtius id decentiuſque exiſtimãdum eſt, Deum ſummo in loco ita eſſe collocatum, numinis vt tamen eius vis per vniuerſum mundum pertinens, tum Solem Lunamque moueat, tum cælum omne circumagat: ſimulque cauſam præbeat eorum quæ in terra ſunt, ſalutis atque incolumitatis. Neq. verò illi ipſi itidem vt principibus mortaliũ, opus eſt aut artificioſa molitione, aut alieno miniſterio: quando ij propria infirmitate præditi, operarum decurias rebus conficiendis, & nu-

merosas

merosas manus adhibent. Illud autem diuinitati maximè consentaneum, vt formas rerum omnium citra difficultatem simpliciq. motu absoluat: non secus atque illi machinatores solent, qui instrumento vno dimittendo multos & varios effectus edunt: aut vt illi præstigiatores faciunt, quos Neurospastas ob id appellant, quòd imagunculas animatas esse fidiculis ductitandis ementiuntur: qui cùm funiculum ipsi aut neruum adduxerunt, cieri ceruicem & manum quasi animantis simulachri, humerumque itidem & oculum faciunt, interdum etiam omnia membra: idque quadam cum venustate atque æquabilitate motus.

SCHOLIA.

Lin. 19. *Vt inter se comparentur.*] Vetus cod. *comparantur.*

Lin. 22. *Per semetipsum procurare.*] αὐτουργεῖν, id est, suis manibus operari, ἄσεμνον est, & à regiâ dignitate alienum. Vilius autem quid significat, quàm vt Bud. vertit, *functione propriâ administrare.*

Lin. 24. *Maiestatem retinere.*] Vet. cod. *maiestatemque retinere.* ita vt videatur aliquid desiderari. Legendum fortasse, *dignitatem maiestatémque.* vt respondeat Aristoteli σεμνότερον ἢ καὶ πρεπωδέστερον.

Ibid. *Si ipse in alto resideat loco.*] Vet. cod. *Si ipse in alto resideat altißimo.* Legendum fortè, *si ipse in solio res. altißimo.*

Lin. 25. *Per omnes Mundi partes Orbiſq́ diſpenſet.*] Vet. cod. *per omnes partes Mundi orbiſq́ diſp.* vt per Mundum intelligat cælum: per Orbem, terram.

Lin. 27. *Horum enim cura.*] Malim legere, *Harum enim cura*, id eſt, Harum poteſtatum opera ac miniſterio.

28. *Nec particeps hominum conſeruatione.*] M S. codex meus legit; *nec partitis hominum conuerſationem.* vtrobique ſenſus turbatus eſt, imò nullus. qui tamen, meo iudicio, erit integer, ſi continuè ita legamus: *Nec multis ei opus eſt, nec partitis* [adderem libens, *operis*] *ad hominum conſeruationem.* ad differentiam ſcilicet hominum qui ad aliquid perficiendum, multarum operarum ſiue manuum adminiculis egent, quod eleganter Ariſtoteles per πολυχειρίαν expreſſit: Budæus, *Operarum decurias & numeroſas manus* vertit.

29. *Propter ignauiam.*] Notanda eſt inſolens ſignificatio vocis *Ignauia.* vt & paulò ſuperius, *homo ignauus & peßimus.* Neque enim *Ignauus* hîc ſignificat, τὸ ῥάθυμον, καὶ ὀκνηρόν, id eſt ſegnem & deſidem, quique detrectet laborem, ſed potius τὸ ἀδρανῆ καὶ ἀδυνατον hoc eſt Inualidum & Impotentem. & *Ignauia*, τὴν ἀδράνειαν καὶ ἀδυνασίαν, hoc eſt Impotentiam, & inertiam naturalem. Ita Senectus propriè dicitur *Ignaua*, id eſt, ἀδερνὴς. hoc eſt, Impotens & inepta ad actiones. Poſidippus Epigram.

——— αἱ νεότητες
Αφρονες, αἱ πολιαὶ δ᾽ ἔμπαλιν ἀδρανέες.

Ignauia itaque ſiue ἀδρανία, eſt ἡ τοῦ δρᾶν ἀσθένεια. & Ignauus ſiue ἀδρανὴς, ὁ μὴ δρᾶν δυνάμενος. Ita ſupra Ariſtoteles, eâdem ſignificatione hanc vocem

vſurpauit

vſurpauit inquiens, *ignaui cum fortioribus, peßimi cum optimis congregati.*

31. *Machinatores fabricarum.*] *Ariſtoteles*, οἱ μεγαλώτεροι. quædam ἀντίγραφα legunt μηχανικώτεροι. Si ad Apuleij verba reſpiciamus; rectiùs legerimus μηχανοποιοὶ.

Ibid. *Aſtutiâ vnius conuerſionis.*] Ariſtoteles διὰ μιᾶς ὀργάνου χαστηνείας. Budæus *vno inſtrumento demittendo.* malim, *vna organi laxatione*: Inſtrumenti enim appellatio latiùs patet, quàm organi. Et hîc omnino de organicis inſtrumentis agit. Inter machinas autem & organa, vt auctor eſt Vitruuius, hoc videtur eſſe diſcriminis, quòd machinæ pluribus operibus, aut vi maiore coguntur effectus habere: Organa autem vnius opere, prudenti tactu perficiunt quod propoſitum eſt. Cùm verò verbum χάσαι, tria ſignificet, ἀμύξαι, ἐκτεῖναι, & χαλάσαι, vltima harum ſignificationum, vim vocis χαστηνείας optimè explicat.

32. *Qui in ligneolis hominum figuris geſtus mouent.*] νευροσπάστας intelligit, qui nimirùm ſtatuas cubitales, palmaréſve humanam ſtaturam præſeferentes (quas Vitruuius Signa vel ſigilla appellat, Suetonius eleganti vocabulo Icunculas, hoc eſt Imagunculas) fidiculis & neruis occultis ita cōponunt, atque effingunt, vt viuere, moueri, atque adeò obambulare videantur; humanaſque actiones ferè omnes præter ſermonem repræſentent. Horatius,

Duceris vt neruis alienis mobile lignum.

de cuius loci explicatione, & de vſu verbi νευροσπαστεῖσθαι, vide magni illius Turnebi Aduerſariorum lib. 2. cap. 18. Lucianus lib. de Syria Dea inter νευρόσπαστα

σπασα ponit, φαλλοὺς quos ita deſcribit: φαλλοὺς Διονύσῳ ἕλληνες ἐγείρουσι· ὅτι τῷ καὶ τοῖον δέ τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας, καλέονται δὲ τάδε νευρόσπαστα. Apud Xenophontem etiam in Sympoſio: Circulatores & præſtigiatores huiuſmodi νευροσπάστοις olim admirationem vulgi excitabant, & pecuniam emungebant. vbi commemorat Xenophon interrogatum à Socrate quendam ex hoc hominum genere ἐπὶ τινι μέγα φρονοίη; reſpondiſſe: ἐπὶ τοῖς ἄφροσιν. ὅτι γὰρ τὰ ἐμὰ νευρόσπαστα θεώμενοι, τρέφουσί με. vbi per νευρόσπαστα ſignificantur τὰ θαυματουργούμενα.

Pag.405. *Torquebitur ceruix, nutabit caput, oculi vibrabunt.*] More ſuo Apuleius quæ Ariſtoteles generaliter effert, ſpecialiter explicat. Cùm enim Ariſtoteles de ceruice, manu, humero, oculis, ſimpliciter dicat κινεῖσθαι: ipſe ſingulis peculiare motus genus tribuit; & ceruicem quidem torqueri ait, hoc eſt στρέφεσθαι. caput nutare, id eſt, νεύειν. oculos κλίνειν nictare, quod Apuleius vocat vibrare. manus ὑπηρετεῖν, miniſtrare, Apul. circumloquens, *ad miniſterium praſto eſſe* dixit.

ARISTOTELES.

Οὕτως οὖν καὶ ἡ θεία φύσις ἀπό τινος ἁπλῆς κινήσεως τοῦ πρώτου, τὴν δύναμιν εἰς τὰ συνεχῆ δίδωσι, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνων πάλιν εἰς τὰ πορρωτέρω, μέχρις ἂν διὰ τοῦ παντὸς διεξέλθῃ· κινηθὲν γὰρ ἕτερον ὑφ᾽ ἑτέρου, καὶ αὐτὸ πάλιν ἐκίνησεν ἄλλο, σὺν κόσμῳ, δρώντων μὲν πάντων οἰκείως ταῖς σφετέραις

κατα-

κατασκευαῖς, οὐ τῆς αὐτῆς δὲ οὐδὲ πᾶσιν οὔσης, ἀλλὰ διαφόρου καὶ ἑτεροίας, ἔστι δὲ οἷς καὶ ἐναντίας, καίτοι τῆς πρώτης οἷον ἐνδόσεως εἰς κίνησιν μίαν γινομένης. ὥσπερ ἂν εἴτις ἐξ ἄγγους ὁμοῦ ῥίψειε σφαῖραν, καὶ κύβον, καὶ κῶνον ἢ κύλινδρον. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν κατὰ τὸ ἴδιον κινηθήσεται σχῆμα, ἢ εἴ τις ὁμοῦ ζῷον ἔνυδρόν τε, ἢ χερσαῖον, καὶ πτηνὸν ἐν τοῖς κόλποις ἔχων ἐκβάλοι. δῆλον γὰρ, ὅτι τὸ μὲν νηκτὸν ἁλλόμενον εἰς τὴν ἑαυτοῦ δίαιταν ἐκνήξεται, τὸ δὲ χερσαῖον εἰς τὰ σφέτερα ἤθη καὶ νομοὺς διεξερπύσει, τὸ δὲ ἀέριον ἐξαρθὲν ἐκ γῆς, μετάρσιον οἰχήσεται πετόμενον, μιᾶς τῆς πρώτης αἰτίας πᾶσιν ἀποδούσης τὴν οἰκείαν εὐμάρειαν.

APVLEIVS.

HAVD *ſecus etiam cæleſtis poteſtas, cùm initium ſcientia & ſalutifera operâ mouerit; ab vno ad ſecundum, & deinceps ad tertium, & vſque ad ſupremum, attractu continuo vim ſuæ maieſtatis inſinuat: aliud alio commouetur, motuſq́ vnus alteri mouendi ſe originem tradit. Mundo equidem conſentiunt, non vnâ, ſed diuersâ viâ, & plerunque contrariâ. Sed primâ remiſſiore admodum datâ, ſimpliciq́ inchoato principio, impulſibus mutuis, vt ſupra dictum eſt, mouentur quidem omnia; ſed ita vt ſi quis ſpharam aut quadratum,*

dratum, & cylindram, & alias figuras in procliue ſimul iaciat; deferentur quidem omnia, ſed non eodem genere mouebuntur. Nec illud dißimile exemplum videri oportet, ſi quis pariter patefacto gremio, animalium multitudinem ſimul abire patiatur, volucrum, natatilium, atque terreſtrium. Enimvero ad ſuum locum quæque, duce Naturâ, properabunt. pars aquam repetentes. illa inter agros legibus & inſtitutis ſuis naturali lege aggregabuntur; ibunt per aërias vias præpetes quibus hæc natura largita eſt, atque vno ſinu abeundi facultas conceſſa omnibus fuerit.

BVDÆVS.

HOC igitur modo natura diuina ab vno eodemque ſimplici motu primo vim ſuam immittit in ea quæ ſunt primo continentia, ab illiſque ſubinde in ea quæ longius atque longius abſunt, quoad permeauerit per vniuerſa. Quippe alterum ab altero motum, rurſus ipſum quoq. aliud mouet cum mundo: quum vnumquodque interim agat conuenienter conſtitutioni ſuæ, nec tamen eadem ſit via omnibus, ſed diuerſa, nonnullis etiam contraria: tametſi primus illis velut ad concentum atque æquabilitatem auſpicatus, natura ſit comparatus ad vnum motum: ſimiliter atque ſi quis ex eodem vaſe ſimul

iaciat globum, tesseram, turbinem, & columellam, nempe vnumquodque eorum accommodatè suæ formæ mouebitur. Aut si quis animal vnum aquatile, aliudque terrestre, & aliud volucre, è sinu suo emittat: planum est enim quod natatile eo prosiliens enatauerit, vbi ei commodum est victitare: terrestre ad suas sedes, pascuaque sua erepserit: vt aërium è terra sublimè raptum euolauerit: vna vtique eademq. prima causa propriam eorum vnicuique aptitudinem reddente.

SCHOLIA.

Pag. 405. lin.4. *Cùm initium scientia & salutifera opera moueret.*] Vetus cod. pro *scientiâ* legit *sciente.* Ego legerim *ciente*, vt *cientem operam* vocet, impulsum, siue primam & προκαταρκτικὴν motus totius vniuersi causam atque originem. quod Aristoteles paulò post vocabit ἔνδοσιν, dicens καί τοι πρώτης οἷον ἐνδόσεως ἐς κίνησιν μίαν γινομένης.

Lin. 5. *Ab vno ad secundum.*] Rectius Vetus cod. *ab imo*, vel vt Græci loquuntur, τῷ κατωτάτω τόπῳ.

Ibid. *Et deinceps ad tertium.*] Vet. cod. *ad proximum.*

Lin. 8. *Mundo equidem consentiunt.*] Aristoteles, καὶ αὐτὸ πάλιν ἐκίνησεν ἄλλο, σὺν κόσμῳ. Budæus, *rursus ipsum quoque aliud mouet cum mundo.* Vide an potiùs τὸ, σὺν κόσμῳ vertendum sit, ἀντὶ κόσμως, vel κατὰ κόσμον. hoc est, ordinato & consentaneo motu.

Lin. 10. *Sed prima remißiore admodum datâ.*] Aldina

dina editio legit *ſed primâ remißione*, &c. atque ita etiam M S. codex meus. tametſi non incommodè legi poſſet, *emißione*, hoc eſt, veluti ſigno dato *ad motum*. ita enim omnino legendum eſt; non autem vt editiones omnes, & M S. etiam cod. habet *admodum*. quod etiam rectè emendauit Coluius, & verba ipſa Ariſtotelis, εἰς κίνησιν, id clamant. In Ariſtotele verò pro τῆς πρώτης οἷον ἐνδόσεως εἰς κίνησιν μίαν γινομένης, legendum cenſuerim, μιᾶς, referendo ad ἐνδόσεως. hoc eſt vnâ veluti remiſſione, vel vno impulſu ad motum factum.

Lin. 12. *Si quis ſphæram, aut quadratum*, &c.] Senſus ipſe docet legendum, *& quadratum*.

Lin. 13. *Et alias figuras in* [V. c. *per*] *procliue*, &c.] Per figuras intelligit corpora aliam atque aliam figuram mathematicam, præter eas quas recenſuit, præſeferentem.

Ibid. *Deferentur quidem omnia.*] hoc eſt, deorſum ferentur per procliue. κατωφερὲς enim eſt Decliuum, Procliuum, Depreſſum, vt veteres Grammatici interpretantur.

Lin. 16. *Animalium multitudinem.*] Numerus ternarius ſignificat multitudinem. atque ita tria animantium genera recenſet, *Terreſtrium*, χερσαίων, *natatilium*, vel vt Vet. cod. habet *nantium*, id eſt, νηκτῶν quæ Ariſtoteles vocat ἔνυδρα: & *volucrum*, id eſt πετεινῶν. vel πτηνῶν. Notandum verò eſt, apud Ariſtotelem τῷ νηκτῷ, hoc eſt piſcibus, tribui τὸ ἅλλεσθαι. quod Apuleius vertit, *Aquam repetere*. Budæus, vim verbi ἅλλεσθαι volens exprimere, vertit τὸ, ἁλλόμενον, *proſiliens enatauerit*. Propriè verò de piſcibus dicitur ἅλλεσθαι. fortè ἀπὸ τῆς ἁλὸς, quòd nimirum frequen-

ter è

ter è ſalo, hoc eſt mari, in altū ſubſiliant; vel potius quòd capti eductique ex aqua aſſiduè ſubſiliant. quod Oppianus lib. De venatione primo perquàm eleganter deſcribit; Piſcem, quem ipſe ob eam quam dixi cauſam εἰνάλιον ὀρχηστῆρα vocat, ita captum depingens:

Τερπωλὴ δ' ὅτε χαλκοῦ ὑπὲρ [*lege* ὑπαὶ] γλώσσῃ πορήσας,
ὕψι μάλα θρώσκοντα βυθῶν ὑπὲρ ἀσπαίροντα,
εἰνάλιον φορέησι δι' ἠέρος ὀρχηστῆρα.

quos verſus ego ita Latinè reddidi:

At volupe eſt curuus buccas vbi fixerit hamus,
Cernere vt exſiliens alto ſe iactet in auras
Saucius æquoreus ſaltator.

Lin. 19. *Illa inter agros legibus & inſt. ſ. nat. lege aggr.*] Qui parum ſcitè profectò, vt alia nonnulla (vtor eorum verbis) hæc ab Apuleio verſa notarunt, æquiores huic interpretum Græcorum (verè dixerim) coryphæo fuiſſe vellem, & tam hoc loco, quàm aliis, ſcribarum potiùs inſcitiam aut alioqui temporum iniuriam ſuſpectam habuiſſe, quàm Apuleij ipſius eruditionem & Græca conuertendi peritiam in dubium vocaſſe, nedum cenſorio obeliſco fixiſſe, Ariſtarchicumque in morem damnaſſe. Libet exclamare;

Quæ veterum hæc tanta eſt damnandi ſcripta libido?
Sit ſatis, audacter carpere ſcripta hodie.

Sed videamus an inſcitæ huic, ſi diis placet, Apuleij verſioni medicinam aliquam facere poſſimus. MS. cod. meus ita legit; *illa, inter cicures atque agreſtes legib. & inſtitutis*, &c. Per *illa*, ſignificat Apuleius τὰ χερσαῖα ſiue terreſtria animantia, quæ diſtinguit in duas

duas ſpecies, τῶν ἀγρίων ſcilicet, & τῶν χειροήθων. Quid hîc aliud egit Apuleius, quàm quod ipſe ſe ſtudio facere ſolere alibi teſtatur, nimirum in Græcis auctoribus Latinè conuertendis, *in omnibus aut omiſſa anquirere, aut defecta ſupplere.* quod quidem dum facit, tantum abeſt, vt inſcitiæ ſit damnandus, vt potius ſummam non ſolùm eruditionis, verùm etiam diligentiæ laudem mereatur.

Lin. 20. *Ibunt per aëris vias præpetes.*] Vias καταχρηστικῶς vocat, tractus aëris, vt poëtæ Græci ὑγρὰ κέλευθα de mari. Præpetes autem ideò, quia omnes aues priora petunt volantes. de iis vide Ioh. Scaligerum in Feſtum. & Gellium lib. 6. cap. 6. Idem verò ſignificat Græcè προπετὴς, hoc eſt, προπετόμενος. tametſi interdum figuratè προπετὴς dicitur ὁ θρασὺς, καὶ τῶν ἄλλων ἔμπροσθεν πίπτειν θέλων τῇ τάξει. Affinia ſunt huic alia Auium Epitheta, ὠκυπέτης, & ὑψιπέτης.

21. *Atque vno ſinu abeundi facultas conceſſa omnibus fuerit.*] Coluius aliam lectionem adfert ex Baſilienſi editione: *atque vbi ſimul*, &c. hoc eſt, ſimul atque (vt ipſe interpretatur) & ſtatim vbi. Sed neque ſic quidem ſenſus conſtabit. Lege itaque in hunc modum: *atqui ab vno ſinu abeundi fac. conc. fuerat omnibus.* hoc ſenſu: Tametſi varia hæc animantium genera ex vno ſinu, ſiue vt ſupra dixit, gremio emiſſa ſint, ſingula tamen ad naturalem ac proprium ſibi locum ferri.

ARISTOTELES.

Οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ κόσμου. διὰ γὰρ ἁπλῆς τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ περιαγωγῆς ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ περατουμένης,

στρεφομένης, ἀλλοῖαι πάντων διέξοδοι γίνονται, καίτοι ὑπὸ μιᾶς σφαίρας περιεχομένων, τῶν μὲν, θᾶττον, τῶν δὲ σχολαιότερον κινουμένων, παρά τε τὰ τῶν διαστημάτων μήκη, καὶ τὰς ἰδίας ἑκάστων κατασκευάς. σελήνη μὲν γὰρ, ἐν μηνὶ τὸν ἑαυτῆς διαπεραίνεται κύκλον, αὐξομένη τε, καὶ μειουμένη, καὶ φθίνουσα. ἥλιος δὲ, ἐν ἐνιαυτῷ, καὶ οἱ τούτου ἰσόδρομοι ὅ, τε Φωσφόρος, καὶ ὁ Ἑρμῆς λεγόμενος. ὁ δὲ Πυρόεις, ἐν διπλασίονι τούτων χρόνῳ. ὁ δὲ Διὸς, ἐν ἑξαπλασίονι τούτου, καὶ τελευταῖος ὁ τοῦ Κρόνου λεγόμενος, ἐν διπλασίονι καὶ ἡμίσει τοῦ ὑποκάτω. μία δὲ ἐκ πάντων ἁρμονία συναδόντων καὶ χορευόντων κατὰ τὸν οὐρανὸν, ἐξ ἑνός τε γίνεται, καὶ εἰς ἓν ἀπολήγει. κόσμον δ' ἐτύμως τὸ σύμπαν, ἀλλ' ἐκ ἀκοσμίαν ὀνομάσαις ἄν. καθάπερ δὲ ἐν χορῷ κορυφαίου κατάρξαντος, συνεπηχεῖ πᾶς ὁ χορὸς ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅτε καὶ γυναικῶν, ἐν διαφόροις φωναῖς ὀξυτέραις καὶ βαρυτέραις, μίαν ἁρμονίαν ἐμμελῆ κεραννύντων, οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦ τὸ σύμπαν διέποντος θεοῦ.

APVLEIVS.

SIC *natura Mundi est constituta. Nam cùm omne cælum simplici circumactu voluatur, nocte dieq́ distinctum, diuersis mensurarum æqualitatibus*

tibus ſeparatùm, quamuis vna ſphæra omnia concluſerit, incrementis tamen globi ſui, deciſioneq́ luminis menſtrua tempora Luna ſignificat, & cæli ſpatium Sol annuâ reuerſione colluſtrat, eiuſq́ comites amœnus Lucifer, & communis Cyllenius ſtella. etenim prioribus Mauortium ſidus circuli ſui in biennio conficit ſpatia: Iouis clarum fulgénſque, ſexies eadem multiplicatis curſibus ſuis tempora, quæ Saturnus ſublimior triginta ſpatiis annorum circumerrat. Verum inter hæc vna Mundi conuerſio, vnuſque reuerſionis eſt orbis, & vnus concentus, atque vnus ſtellarum chorus; ex diuerſis occaſibus ortibuſq́ hoc ornamento, & vt monile rectiſsimè κόσμος *Græca linguâ ſignificat. At enim vt in choreis, cùm dux carminis hymno præcinit, concinentium vulgus virorum & fœminarum mixtis grauibus & acutis clamoribus vnam harmoniam reſonant: ſic diuina mens mundanas varietates, ad inſtar vnius concentionis, reuelat.*

BVDÆVS.

EADEMQVE ratio eſt in mundo. Siquidem ab vna cæli vniuerſi conuerſione, quæ die noctuque finitur, aliæ atque aliæ permeationes fiunt. Quumque vno omnia coërceantur globo, pars tamen celeriùs, pars mouetur tardiùs: nimirum interuallorum lon-

gitudine & ſingulorum opificio eam differentiam efficiente. Et Luna quidem menſe ſuum peragit orbem, augeſcens viciſſim, imminutaq́. & tabeſcens. Sol anni ſpatio ſuum orbem metitur, & qui eum æquant curſu Lucifer & Mercurius. Pyrois ſpacio altero tanto maiore. Iouis ſtella ſpacio Pyroëntis ſexcuplici. Vltima, Saturni quæ dicitur, tempore ſeſquiplo maiore, quàm quantum eſt id quo circumagitur illa quæ infra ipſam eſt proximè. Qui verò ex omnibus concentus exiſtit conſonantibus in cælo, chorumque conficientibus: vt ex vno ille quidem oritur, ita in vnum deſinit. Vniuerſumque ipſum commodius Coſmon nominaueris: id eſt, compagem rerum compoſitam, concinnóque ordine digeſtam: quàm acoſmiam: id eſt, congeriem confuſam & inconditam. Quemadmodum porrò fit in choro, vt auſpicáti præſuli aut præcentori accinat omnis chorus è viris interdum fæminiſque compoſitus, qui diuerſis ipſi vocibus, grauibus ſcilicet & acutis, concentum attemperant: eandem ipſi rationem ſtatuimus & in Deo, qui vniuerſum mundum moderatur & regit.

SCHOLIA.

24. *Diuersis mensurarum æqualitatibus separatum.*] Locus mihi vehementer suspectus. Neque enim satis cum Aristotelis verbis conuenit, qui sic habet: *ἀλλοῖαι πάντων διέξοδοι γίνονται*. neque Budæus mihi satis ea explicare videtur, vertens, *aliæ atque aliæ permutationes fiunt.* Per *διεξόδους* enim, significat Aristoteles varios orbium cælestium decursus. Quo fit vt ego commodioris alicuius sensus ex Apuleij verbis eliciendi causa, pro *æqualitatibus* legendum putem *qualitatibus.*

29. *Et communis Cyllenius stella.*] Coluius emendat *comus*; MS. cod. expressè legit, *communis.* quod vide an hoc loco significet *Συνεργὸν.* certè Munifices *συνεργοὺς* interpretatur Iulius Firmicus *Ἀστρονομικῶν* lib. 2. cap. 4. Vide etiam an communis dicatur ab Apuleio Mercurius, vt explicet id quod Aristoteles dixit *ἰσόδρομον.* Habet enim hoc commune cum Ioue Mercurius, quòd æquale propemodum cum eo curriculum conficiat. tametsi scholiastes Arati Mercurium spacio sex mensium & sex dierum curriculum suum peragere scribat.

Ibid. *Etenim prioribus Mauortium sidus.*] Aldina editio legit *Etenim prioris, &c.* vtrobique fœdo errore. Legendum enim omnino, *Pyrois.* de quo Apuleius ipse supra: *Et loco tertio Pyrois, quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant.*

30. *In biennio conficit spatia.*] Præpositio *in* παρέλκει. Arati scholiastes, ὁ δὲ ἄρης εἰς ἕκαστον ζώδιον ἡμέρας ποιεῖ ὀδ, καὶ πάντα τὸν κύκλον ἀνύει εἰς δύο ἐνιαυτοὺς καὶ μῆνας ε.

31. *Sexies eadem multiplicatis curſibus ſuis tempora.*] Legendum omninò ne ſenſus pendeat, *multiplicat.* Peragit enim Iupiter curriculum ſuum, annis bis ſex, hoc eſt duodecim.

33. *Vnuſque reuerſionis eſt orbis.*] Ἀναστροφὴν propriè vertit *Reuerſionem.*

Pag. 406. *Atque vnus ſtellarum chorus: ex diuerſis occaſibus ortibuſq; hoc ornamento.*] Vitioſa diſtinctio ſententiam turbat. Delendum itaque eſt colon poſt *chorus*; & continuè ita legendum: claudenda verò periodus poſt *ortibúſque.* vt ſit ſenſus, ex diuerſis ortibus & occaſibus, vnâ cæli conuerſione circumactis, vnum quendam effici ſtellarum concentum ac chorum. quæ verò ſequuntur ita lege: *Hoc ornamentum & veluti monile rect.* κόσμον *Gr. ling. ſignificat*: Rectè verò Apuleius, *velut monile* dixit. Monile enim eſt ὅρμος. ὅρμος verò περιτραχήλιος κόσμος.

Lin. 4. *Vt in choreis.*] Vet. cod. *choris*, quod melius conuenit cum *hymno*, quod ſequitur.

Ibid. *Cùm dux carminis hymno præcinit.*] Ariſtoteles, κορυφαῖον κατάρξαντος. qui & ἔξαρχος dicitur, id eſt, Præcentor. vt Præſul, vel præſultor, dux choreæ, & ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος.

7. *Ad inſtar vnius concentionis reuelat.*] Vet. cod. *releuat*: neutrum mihi arridet. neque tamen libet indulgere coniecturæ.

ARISTOTELES.

Κατὰ γὰρ τὸ ἄνωθεν ἐνδόσιμον ὑπὸ τοῦ φερωνύμως ἂν κορυφαίου προσαγορευθέντος, κινεῖται μὲν τὰ ἄστρα ἀεὶ, καὶ ὁ σύμπας οὐρανός. πορεύεται δὲ

διττὰς πορείας ὁ παμφαὴς ἥλιος, τῇ μὲν, ἡμέραν καὶ νύκτα διορίζων, ἀνατολῇ καὶ δύσει, τῇ δὲ, τὰς τέσσαρας ὥρας ἄγων τοῦ ἔτους, πρόσω τε βόρειος, καὶ ὀπίσω νότιος διεξέρπων. γίνονται δὲ ὑετοὶ κατὰ καιρὸν, καὶ ἄνεμοι, καὶ δρόσοι, τά τε πάθη τὰ ἐν τῷ περιέχοντι συμβαίνοντα, διὰ τὴν πρώτην καὶ ἀρχαιόγονον αἰτίαν. ἕπονται δὲ τούτοις, ποταμῶν ἐκροαὶ, θαλάσσης ἀνοιδήσεις, δένδρων ἐκφύσεις, καρπῶν πεπάνσεις, γοναὶ ζώων, ἐκτροφαί τε πάντων, καὶ ἀκμαὶ, καὶ φθίσεις, συμβαλλομένης πρὸς ταῦτα καὶ τῆς ἑκάστου κατασκευῆς, ὡς ἔφην. ὅταν οὖν ὁ πάντων ἡγεμών τε καὶ γενέτωρ, ἀόρατος ὢν ἄλλως, πλὴν λογισμῷ, σημήνῃ πάσῃ φύσει μεταξὺ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς φερομένῃ, κινεῖται πᾶσα ἐνδελεχῶς ἐν κύκλοις καὶ πέρασιν ἰδίοις. ποτὲ μὲν ἀφανιζομένη, ποτὲ δὲ φαινομένη, μυρίας ἰδέας ἀναφαίνουσά τε καὶ πάλιν ἀποκρύπτουσα ἐκ μιᾶς ἀρχῆς.

APVLEIVS.

NAM *cùm cælum confixum vaporatis & radiantibus stellis, inerranti cursu feratur, & reciprocis itineribus astra cõsurgant: Sol quidem cõtuens ortu suo diem pandit, occasu noctem reducit; conditusq; vel relatus per plagas mundi, quatuor tem-*

porum

porum vices mutat. hinc tempestiui imbres & spiritus aut infœcundi. hinc alimenta nobis suppetunt earum rerum quas accidere Deus his Mundi partibus voluit. His oppositi sunt torrentium cursus, & humores vndarum, emicationesq́ue syluarum, frugalis maturitas, fœtus animalium, educationes atque obitus singulorum. Cùm igitur rex omnium & pater, quem tantummodo mentis oculis nostræ cogitationes vident, machinam omnem iugiter per circuitum suis legibus terminatam, claram sideribus & relucentem, speciesq́ue innumeras modò propalam sæpe confectas ab vnò (vt supra dixi) principio agitari iubet.

BVDÆVS.

ET sidera enim semper, & vniuersum ipsum cælum, eos ad numeros mouentur, quos Deus sursum quasi auspicando præcinendoque emodulatur: quem à similitudine sanè congrua Coryphæum mundi rectè appellaueris, quasi præsultorem ipsum, huiúsque chori magistrum. Geminis autem itineribus Sol ingreditur, lumine suo cuncta quoquo versus collustrans: diem noctemq́ue altero itinere disterminans, ortu suo scilicet, & occasu: altero quatuor anni tempora secum ductitans, vltrò citroque per cælum perreptando, nunc Aquilonius ipse, nunc

Auſtrinus. Quid dicam pluuias tempeſtiuè exiſtentes, ventos & rores, omneiſque permotiones quæ in aëre eueniunt à principe rerum cauſa atque primordiali? Adde fluminum lapſus, maris æſtus intumeſcentis, enaſcentium arborum incrementa, frugum maturitates, fœturas animalium: denique vegetationes rerum omnium adoleſcentium primùm, deinde tabeſcentium, eodem accedentibus cauſis (vt dictum eſt) à conſtitutionibus ſingulis rerum atque opificiis. Itaque ille omnium princeps parenſque, animi tantum ſenſu ſpectabilis, ſimul ac ſignum naturis dedit inter cœlum terramque vehentibus: earum vnaquæque in orbibus ſuis iugi motu cietur, atque intra ſuos limites, alternis condita atque apparens: ſexcentas illa formas eodem à principio exhibens, viciſſimque ſubducens.

SCHOLIA.

Lin. 8. *Nam cum cælum confixum vap. & rad. ſtellis.*] Hæc non ſunt in Ariſtotele. Videtur verò Apuleius accedere ſententiæ Anaximenis; qui, vt refert Plutarchus lib. De placitis philoſophorum ſecundo, cap. 14. putabat Stellas ἥλων δίκην καταπεπηγέναι τῷ κρυσταλλοειδεῖ. id eſt, clauorum in morem ſuffixas cryſtallaceo.

10. *Sol quidem contuens ortu ſuo.*] Lege cum MS.

codice meo, *omnituens*, hoc est παμφαής. Ita Orpheus,

ὄυδε, παμφαή, κόσμου τὸ περίδρομον ὄμμα.

13. *Hinc tempestiui imbres & spiritus, aut infecundi.*] Vet. cod. legit; *Hinc tempestiui imbris est spiritus aut secundi.* nihilo rectius quàm vulgatæ editiones; imò verò etiam corruptius. Ego distinctionis vnius transpositione, & vnius literæ adiectione ita commodè legi posse censuerim: *hinc tempestiui imbres, & spiritus haud infecundi.* Spiritus siue ventos fecundos vocat, ob varias vtilitates quas rebus humanis adferunt. Nam vt eleganter describit Seneca lib. Natural. Quæstionum quinto, cap. 18. *Venti primùm non sinunt aëra pigrescere, sed assiduâ vexatione vtilem reddunt, vitalemq́ue tracturis. deinde etiam imbres terris subministrant, eosdemq́ue nimios compescunt. Nam modò adducunt nubes, modò diducunt, vt per totum orbem diuidi possint.* Et paulo pòst: *Quid quod fruges percipi non possent, nisi flatu superuacua & mista seruandis ventilarentur; nisi esset quod segetem excitaret, & latentem frugem ruptis velamentis suis, (quæ folliculos agricolæ vocant) adaperirent.* Quâ de causâ non immeritò Homerus ventos aptissimo Epitheto ornauit, quum eos vocat ζαχρηεῖς, quod nimirum sint ἄγαν χρήζοντες, & ad frugum maturitatem fœcunditatemque excitandam necessarij. Eâdem ferè ratione suprà vocauit Aristoteles νέφος γόνιμον ὕδατος. quod Apuleius vertit, *aquarum fœtu grauidatur.*

14. *Quas accidere Deus.*] Vet. cod. *accedere.*

15. *His oppositi sunt.*] Vet. cod. *adoppositi.* fortè *appositi.* hoc est conuenientes & consentanei.

16. *Humores vndarum.*] ita habent editiones, quas vidi, omnes, atque adeò ipse etiam M. S. cod.

ſed legendum omnino *tumores*, hoc eſt ἀνοιδήσεις, vt vocat Ariſtoteles. Neque enim aliud ſunt οἰδήσεις, quàm ἐπάρματα, Eleuationes ſiue Extumeſcentiæ. Virgilius:

Vnde tremor terris, quâ vi maria alta tumeſcant
Obicibus ruptis, rurſuſq́ in ſeipſa reſidant.

Ibid. *Frugalis maturitas.*] id eſt, frugum. κάρπιμα pluraliter dicuntur οἱ καρποί. quò alluſit Apuleius. & quod Ariſtoteles dixit καρπῶν πεπάνσεις, ipſe maluit dicere, aut alioqui interpretari κάρπιμον πέπανσιν.

17. *Educationeſq́ atque obitus ſingulorum.*] Id quod inter educationem atque obitum medium eſt, quod Ariſtoteles ἀκμὴν vocat, in Apuleio eſt omiſſum. nos incrementum, vel maturitatem vigoremque vocare poſſumus.

19. *Mentis oculis noſtræ cog. vident.*] Vetus cod. *animæ oculis.*

21. *Claram ſideribus & relucentem.*] Vet. cod. *claram & relucentem ſideribus.*

22. *Modò propalam ſæpe confectas, &c.*] Coluius ambigit an rectius legi poſſit *conſpectas*. at hoc idem eſt, quod *propalam*. quo pacto itaque his verbis explicetur differentia quam ſtatuit Ariſtoteles, dicens ποτὲ μὲν ἀφανιζομένη, ποτὲ δὲ φαινομένη, MS. cod. pro *confectas* legit *conſectas*. ſed ne hoc quidem ſatis ad mentem Ariſtotelis. quò fit vt potius legẽdum cenſeam *contectas*: vt reſpondeat illi, ἀφανιζομένη. ponenda tamen eſt maioris perſpicuitatis causâ nota diſtinctionis poſt *propalam*, vt etiam poſt *contectas*. Pro hâc meâ emẽdatione facit ipſe Apuleius, idem ferè quod hîc aliis verbis ſignificans. Ait enim, *curãq́ omnibus occulta, vis nullis oculis obuia, niſi quibus*

mens

mens ſuæ lucis aciem intendit. Occultam hic vocat quam ſupra *contectam*. naturam hîc ἀόρατον & ἀφανῆ, quam ſupra, ἀφανιζομένην.

Ibid. *Ab vno (vt ſupra dixi) principio agitari iubet.*] Pendet ſententia à prima periodi voce *Cum*, &c. quæ vt ſit plena, ſubaudiendum, vel potius ſubiungendum, eſt poſt *iubet*, *agitatur.* vt ſit ſenſus: Cùm igitur Rex, &c. machinam agitari iubet, agitatur; tota ſcilicet ipſa, & varij in ea diuerſorum inter ſe motuum orbes. quod ipſum ſtatim aptiſſimis ſimilitudinibus explicat.

ARISTOTELES.

Ἔοικε δὲ κομιδῆ τὸ δρώμενον, τοῖς ἐν πολέμῳ καιροῖς μάλιστα γινομένοις, ἐπειδὰν ἡ σάλπιγξ σημήνῃ τῷ στρατοπέδῳ. τότε γὰρ τῆς φωνῆς ἕκαστος ἀκούσας, ὁ μὲν, ἀσπίδα ἀναιρεῖται, ὁ δὲ θώρακα ἐνδύεται, ὁ δὲ κνημῖδας, ἢ κράνος, ἢ ζωστῆρα περιτίθεται. καὶ ὁ μὲν, ἵππον χαλινοῖ, ὁ δὲ, συνωρίδα ἀναβαίνει, ὁ δὲ, σύνθημα παρεγγυᾷ. καθίσταται δὲ εὐθέως, ὁ μὲν λοχαγὸς, εἰς λόχον, ὁ δὲ ταξίαρχος εἰς τάξιν, ὁ δ' ἱππεὺς, ἐπὶ κέρας, ὁ δὲ ψιλὸς, εἰς τὴν ἰδίαν ἐκτρέχει χώραν. πάντα δὲ ὑφ' ἕνα σημαίνοντα κινεῖται κατὰ πρόσταξιν τοῦ τὸ κράτος ἔχοντος ἡγεμόνος· οὕτω χρὴ καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος φρονεῖν. ὑπὸ γὰρ μιᾶς ῥοπῆς ὀτρυνομένων ἁπάντων,

γίνεται τὰ οἰκεῖα, καὶ ταύτης ἀοράτου καὶ ἀφανοῦς· ὅπερ οὐδαμῶς ἐστιν ἐμπόδιον, οὔτε ἐκείνῃ πρὸς τὸ δρᾶν, οὔτε ἡμῖν πρὸς τὸ πιστεῦσαι. καὶ γὰρ ἡ ψυχή, δι' ἣν ζῶμέν τε, καὶ πόλεις καὶ οἴκους ἔχομεν, ἀόρατος οὖσα, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὁρᾶται. πᾶς γὰρ ὁ τοῦ βίου διάκοσμος ὑπὸ ταύτης εὕρηται, καὶ διατέτακται, καὶ συνέχεται· γῆς ἀρόσεις καὶ φυτεύσεις, τέχνης ἐπίνοιαι, χρήσεις νόμων, κόσμος πολιτείας, ἔνδημοι πράξεις, ὑπερόριος πόλεμος, εἰρήνη.

APVLEIVS.

SIMILE *istud esse bellicis rebus hinc liceat arbitrari. Nam cùm tuba bellicum cecinit, milites clangore incensi, alius accingitur gladio, alius clypeum capit, ille lorica se induit; hic galeâ caput, ille crura ocreis inuoluit; ille equum temperat frenis, & loris iugales ad concordiam copulat, & protinus vnusquisque competens capeßit officium. Velites excutione adornant ordines, principes curant, equites ordinibus præsunt. ceteri negotia quæ nacti sunt agitant. cùm interea vnius ducis imperio cunctus exercitus paret quem rex præfecerit; penes quem est summa rerum. Non aliter diuinarum & humanarum rerum status regitur, quando vna moderamine contenta omnia, pensum sui operis agnoscunt.*

sciunt: curaq́; omnibus occulta, vis nullis oculis obuia, nisi quibus mens suæ lucis aciem intendit. nec tamen hoc vel illi ad moliendum, vel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur; & tamen fateantur omnes necesse est, huius opera omnia, quæ per hominem præclara sunt, prouenire: neque animæ ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea gestorum intelligi qualis & quanta sit. Omne quippe humanæ vitæ præsidium ingenio eius est paratum: cultus agrorum, vsusq́; frugum; artificum solertia, prouentus artium, commoditas vitæ humanæ. Quid de legibus dicam, quæ ad mansuefaciendos homines inuentæ sunt? quid de ciuilibus institutis ac moribus qui nunc populorum non otiosis conuentibus frequentantur, asperitate bellorum, & pacatâ mitigantur quiete?

BVDÆVS.

QVOD verò in hisce rebus agitur, magnopere simile est iis quæ belli tempore inter homines factitantur. Namque statim vt classicum exaudiri in exercitu cœptum est, alios ipse videas scuta sibi aptantes: loricam alios induentes: alios ocreas vel galeam sumere, vel balteo se cingere festinanteis. Rursus videas qui frenatos equos admittant: alios qui currus

currus conſcendant : qui denique teſſeram per explicatam aciem prodant. Tum manipuli ductor, ad manipulum : Centurio excurrit ad centuriam. Poſtremò equites ad cornu: velites ad ſtationem quiſque ſuam feſtinant : cùm interim ſub vno ductore omnia moueantur : qui imperia & ipſe ſignificanda accepit ab eo, apud quem ſumma eſt imperij. Eodem nos & ipſos modo cenſere conuenit de vniuerſo. Quum enim ab vna vi impultrice cieantur omnia: fit vtiq. quod cuique commodum eſt & conueniens. Nec verò ſi ea vis ipſa nec cerni ab hominibus, nec apparere poteſt: quoquo pacto id obſtat, aut illi ad ea quæ diximus agenda, aut nobis ad fidem hiſce rebus accõmodandam. Nam & anima ipſa qua viuimus, qua vrbes, qua domus habitamus, cùm haudquaquam ſub aſpectum noſtrum ſita ſit, operibus tamen ipſis videtur: omniſque vitæ cultus nitorque vt ab ea inuentus eſt & deſcriptus, ita ex ea tenorem ſuum ſeruat: Terræ cultura & conſitio, artium excogitationes, vſus legum, Reipub. rectè atque ordine conſtitutæ ratio, adminiſtrationes ciuiles, bellum extra fines patriæ, & rurſus pax in ea.

SCHOLIA.

Lin. 24. *Cùm tuba bellicum cecinit.*] Bellicum canere, idem eſt quod Claſſicum canere, quod Ariſtoteles dixit σημαίνειν τῇ σάλπιγγι. vnde σαλπικταί, Claſſicarij. Horat.

Nec excitatur claſſico miles truci.

Ariſtoteles accipit τὸ σημαίνειν, pro ſignum dare, belli ſcilicet. Homerus vſurpat pro ἄρχειν καὶ περιΐστασθαι. apud eundem, σημάντωρ eſt ἄρχων, & βασιλεύς.

27. *Et loris iugales ad concordiam copulat.*] Eleganti circumlocutione deſcribit Apuleius συνωρίδα, id eſt, Bigas, ſiue Biiugum currum. συνωρὶς enim eſt συζυγία ἵππων, ita dicta παρὰ τὸ συναείρω, id eſt, συζευγνύω. Omiſſum verò eſt in Apuleij verſione id quod ſubiungit Ariſtoteles, ὁ τὸ σύνθημα παρεγγυᾷ, quod Budæus vertit, *qui denique teſſeram per explicatam aciem prodant*: malim ſimpliciter, *qui teſſeram dant.* Eſt enim σύνθημα λόγος ἐν πολέμῳ ἐπὶ γνωρισμῷ τῶν οἰκείων διδόμενος. Xenophon Κυροπαιδ. ζ. ἕως δέ τι ἔξω βελῶν ἦν, παρεγγύα ὁ Κῦρος σύνθημα, Ζεὺς ξύμμαχος καὶ ἡγεμών.

29. *Velites executione adornant ordines.*] Apuleius (quod initio horum Scholiorum monui) non ita ſe Ariſtotelis aut verbis aut ſententiæ aſtringit, vt ne latum quidem (quod aiunt,) culmum ab eo diſcedat. Ariſtoteles exercitum partitur in λοχαγοὺς, ταξιάρχους, ἱππέας & ψιλούς. Apuleius, in Velites, Principes, & Equites: Velitum nomine comprehendit tam equites quàm ψιλοὺς hoc eſt pedites leuis armaturæ. Principum nomine; eos qui ordinibus præſunt. Equitum verò, qui ad ordinum latera vtrinque

que consistunt. Ordines autem vocat Apuleius, quos Homerus στίχας ἀνδρῶν. Ferentariorum scilicet. Est autem στίξ, σύστημα ἀνδρῶν πεντακοσίων. στίχες verò alio nomine etiam τάξεις vocantur. Vnde & ταξίαρχοι quos Gloss. Vet. rectè Euocatos vocant. Dio ἀνακλήτους. quorum honestus erat in re militari ordo; Bud. centuriones. λοχαγὸν verò Manipuli ductorem; tametsi λοχαγὸς apud Aristotelem potius significare videtur eum qui insidiis collocandis præest: ταξίαρχος qui aciei instruendæ. quæ duo pugnandi genera, nimirum vel instructa acie, vel ex insidiis eleganter describit Homer. ιλ. α.

ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι. vbi ἐλθεῖν ὁδὸν significat, ἐς λόχον ἰέναι. vel λοχᾶν. hoc est ἐνεδρευτικῶς ὑποκαθῆσθαι, id est, in insidiis positum esse. alterum verò, ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι aperto Marte & infestâ acie congredi. Cæterùm Apuleij verba partim corrupta, partim perperam distincta, sententiam turbant atque offuscant. Vetus codex pro executione legit *excutionem*. quæ lectio facit vt non incommodo sensu censeam legi posse: *Velites excursionem adornant*, positâ hic notâ distinctionis: deinde ita legendum, *Ordines principes curant*, hoc est, aciem instruunt, manifesto sensu.

30. *Equites ordinibus præsunt.*] Legendum omnino meo quidem iudicio *cornibus*, non *ordinibus*. Cornua autem vult dicta Vegetius extremitatem exercitus, quòd intorta sit. Hæc alio vocabulo Alæ vocantur, & vt veteres Glossæ interpretantur, ἱππικὴ παράταξις, quod nimirum ad τῶν τάξεων hoc est, ordinum latera dextra sinistraque tanquam alæ in auium corporibus, locentur.

32. Quem

32. *Quem præfecerit rex: penes quem est summa rerum.*] Vet. cod. *quem præf. penes quem est s. r.* siue rex ille sit scilicet, siue Imperator, siue strategus, aut prætor.

Pag. 407. lin. 1. *Quando vno moderamine contenta omnia.*] *Contenta* hîc accipio non pro περιεχομένων, sed ita vt explicet illud Aristotelis ὀτρυνομένων μιᾷ ῥοπῇ. vt significet *contenta*, impulsa, ζωτρυνόμενα.

Lin. 3. *Aciem intendit.*] Aldina editio, post hæc verba, subiicit: *Cæterum ea quæ vel cælo oculis aduertimus & aërem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cuius tutela mundi huius & cura est*: quæ quia neque in Aristotele, neque in aliis Apuleij editionibus, vt neq. in MS. codice meo leguntur, prætereunda censeo, neque in iis castigandis operam ponendam.

Lin. 4, *Nec tamen hoc*, &c.] Occulta scilicet illa cura, & vis numinis diuini oculorum nostrorum aspectum fugiens.

Lin. 7. *Huius opera omnia, quæ p. h. pr. fiunt, prouenire.*] Vitiosa etiam hîc distinctio tam in Aldinâ, quàm aliis editionibus, incommodum sensum facit. Ita enim omnino interpungenda hæc: *huius operâ*, [hoc est, operatione] *omnia quæ per hominem*, &c.

Lin. 9. *Sed momentis ab ea gestorum.*] Vetus cod. legit *gestarum*: fortè legendum, *momentis rerum ab ea gestarum.* hoc est, pondere, magnitudine atque excellentiâ; eleganti metaphorâ à rebus quæ ad libram appenduntur pondereque æstimantur. Momentum enim est ῥοπὴ, siue incrementum in libra. Quod verò Coluius pro *momentis*, emendare conatur, *monumentis*, frustra est.

Lin. 12. *Commoditas vitæ.*] Vetus cod. *commoditates*

tates:quô fit vt & id quod præcedit,*prouentus*,etiam pluraliter existimem accipiendum. illud verò, *artificum solertia* glossema esse, τοῦ *prouentus artium*. vel alioqui τὸ *solertia*, ablatiuo casu legendum esse, & citra notam distinctionis.

Lin. 15. *Qui nunc populorum non otiosis conuentibus frequentantur.*] Vet. cod. *q. n. p. otiosis*, &c. expuncto τῷ *non*. Ego putarim legendum *negotiosis conuentibus*, vt significentur ἔνδημοι πράξεις.

16. *Asperitate bellorum.*] censuerim legendum, *nunc asp. bellorum inquietantur, nunc pac. mitig. quiete*, &c. Propriè verò atque eleganter, Exasperatos bellis animos, pace mitigari ait. ita Virgilius,

Aspera tum positis mitescent secula bellis.

ARISTOTELES.

Ταῦτα χρὴ καὶ περὶ θεοῦ διανοεῖσθαι, δυνάμει μὲν ὄντος ἰσχυροτάτου, κάλλει δὲ εὐπρεπεστάτου, ζωῇ δὲ ἀθανάτου, ἀρετῇ δὲ κρατίστου. διότι πάσῃ θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. τὰ γὰρ πάθη, καὶ τὰ δι' ἀέρος ἅπαντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν ὕδατι, θεοῦ λέγοιτ' ἂν ὄντως ἔργα εἶναι, τοῦ τὸν κόσμον ἐπέχοντος, ἐξ οὗ κατὰ τὸν φυσικὸν Ἐμπεδοκλέα,

Πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἐστὶν ἰδ' ὅσσα τὲ ἔσται ὀπίσω,
Δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες,
Θῆρές τ' οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.

ἔοικε δὲ ὄντως, εἰ καὶ μικρότερον, παραβάλλειν τὸν

κόσμον

κόσμον τοῖς ὀμφαλοῖς λεγομένοις τοῖς ἐν ταῖς ψαλίσι λίθοις, οἱ μέσοι κείμενοι καὶ τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος ἔνδοσιν, ἐν ἁρμονίᾳ τηροῦσι καὶ ἐν τάξει τὸ πᾶν σχῆμα τῆς ψαλίδος καὶ ἀκίνητον. φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευαζόμενον τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν, ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι, τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας. ὥστε ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν.

APVLEIVS.

NISI *fortè iniustus rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat esse viribus exuperantißimum, augustißima specie, immortalis æui genitorem, virtutum ipsam virtutem. Vnde nihil mirum est, si mortales oculi non capiunt aspectum eius, quando diuinorum operum vestigiis sit perspicuus atque manifestus. Cæterum ea quæ vel cælo accidere oculis aduertimus, vt Aërem fieri ex aqua, Dei etiam illa credenda sunt, cuius tutela mundi huius & cura est: de quo Empedocles prudenter his verbis sensit,*

Quæ fuerant, quæ sunt, & quæ ventura trahuntur
Omnia produxit; stirpes, hominesque ferasque
Et volucres, & qui pascuntur in æquore pisces.

Phidiam illum, quoniam fictorem probum fuiſſe tradit memoria, vidi ipſe in clypeo Mineruæ quæ arcibus Athenienſibus præſidet, oris ſimilitudinem colligaſſe, ita; vt ſi quis olim artificum voluiſſet exinde imaginem ſeparare, ſoluta compage, ſimulac totius incolumitas interiret.

BVDÆVS.

PROINDE hæc etiam de Deo ſentienda nobis ſunt: illo quidem, ſi vim ſpectes, valentiſſimo: ſi decorem, formoſiſſimo: ſi vitam, immortali: denique ſi virtutem, præſtantiſſimo. Quapropter cùm ſit inconſpicabilis naturæ omni interituræ: ipſis nihilo ſecius cernitur ab operibus. Atque ea quidem quæ in aëre fiunt quoquo modo affecto, quæ in terra, quæ in aqua, ea certè Dei opera eſſe meritò dixerimus: Dei inquam opera, cum imperio ſummo Mundum ac pro poteſtate obtinentis. Ex quo Deo, vt inquit Empedocles phyſicus:

Omnia quotquot erunt, quot ſunt præſentia, quotq́;
Orta fuere antehac, ſtirpes, hominéſque, feræque,
Inde etiam volucres, piſceſq́; humoris alumni.

Enimuerò non tàm abſurda quàm puſilla comparatio (vt opinor) fuerit, ſi Mundum cum illis lapidibus componamus, qui in operibus fornicatis, forficis in modum diſpanſi

confor-

conformatis ſtructura ſeſe interſecante, vmbilici vocantur. Etenim ij lapides in medio collocati, qua parte ſcilicet vtroque verſus ſtructura arcuata pandatur, quaſique oneri cedit: in cohærentia continent, atque in conſtructione ordinata totam formā operis immobilemq́ue aſſeruat. Fama eſt etiam Phidiam illum ſtatuarium, quum Mineruam illam quæ eſt in arce, coagmentaret, in medio eius ſcuto faciem ſuam expreſſiſſe, oculoſq́ue fallenti artificio ita deuinxiſſe ſimulachro, eximere inde vt ipſam ſi quis cuperet, minimè poſſet, aliter quidem certè, quàm vt ipſum ſolueret ſimulachrum, opuſq́ue eiuſmodi compactile confunderet.

SCHOLIA.

Lin. 17. *Niſi forte iniuſtus rerum æſtimator poteſt eſſe.*] Vet. cod. *iam iniuſtus.* lege, *tam iniuſtus*, &c.

18. *Viribus exuperantiſſimum.*] Vet. cod. *exuperantiſſimis.*

19. *Immortalis æui genitorem, virtutum ipſam virtutem.*] Vitiosè hæc in omnibus editionibus diſtincta leguntur: dubium enim eſſe non poteſt, quin hoc pacto ſint legenda: *immortalis æui*, id eſt ζωῆς δ' ἀθανάτου, *genitorem virtutum, ipſamq́ virtutem.* quibus verbis illud Ariſtotelis ἀρετῆς τε κρατίστου, eleganter ſuo more amplificauit Apuleius.

30. *Phidiam illum quoniam fictorem probū fuiſſe*, &c.] Vet. cod. *Phidiam illum, probum quem fictorem fuiſſe*

tradit memoria. fictorem vocat Apuleius, quem Arnobius ſignificem. Ita enim ille lib. 6. *Inter ſignifices ille memoratus Phidias.* Signa vocans Statuas, vel alioqui imagines. vt Dig. *Locati.* L. *Si merces.* §. *Qui columnam*, &c. vbi ſubiicitur, *idem intelligemus ſi dolia, & ſignum* (ita enim pro eo quod in vulgatis editionibus legitur *tignum* emendauit CL. V. Iac. Cuiacius, nunc ſummo rei literariæ damno *μακαρείτης*) Et Dig. De Act. empt. confertur Columna cum ſigno, id eſt, imagine, his verbis: *Item conſtat Sigilla columnas quoque & perſonas* [aliàs, & quidem rectius, *iconas*] *ex quorum roſtris aqua ſalire ſolet. villæ eſſe.* quos locos mihi indicauit doctiſſimus I. C. Euerhardus Bronchortius collega & amicus meus.

31. *Vidi ipſe.*] Vet. cod. *Vide ipſe.* &c.

32. *Oris ſimilitudinem coll.*] Vet. cod. legit *oris ſub.* at legendum omnino *oris ſui* &c. hoc eſt, vultus ſiue faciei ſuæ imaginem.

Lin. 33. *Si quis olim artificum vol. exinde imag. ſeparare.*] Vet. cod. legit, *artificis*, & quidem rectiſſimè. Phidiæ ſcilicet artificis, vel ſignificis, vel vt Apuleius eum vocat, *fictoris* imaginem.

Pag. 408. lin. 1. *Ad hoc inſtar.*] Prætermiſſa eſt in Apuleij verſione alia ſimilitudo, quam ante hanc de Phidia attulit Ariſtoteles, nimirum *περὶ τῶν ὀμφαλῶν ἐν ταῖς ψαλίσι*, id eſt, vmbilicorum in fornicibus. quam conſultò fieri poteſt vt omiſerit Apul. veluti minus congruentem maieſtati numinis diuini; quod & Ariſtoteles ipſe teſtatur, addens, *εἰ καὶ μικρότερον*. Budæus multis verbis Ariſtotelem hoc loco non tam explicat quàm implicat. quibus difficultatibus dabo operam vt extricetur. Ac primùm qui-

dem

dem cùm hoc ſatis conſtet Ariſtoteli propoſitum eſſe, vt variis ſimilitudinibus oſtendat, diuini numinis poteſtatem per totum vniuerſum ſeſe propagantem, compagem hanc incolumitatemq́. Mundi tueri (quod ipſemet ſatis declarat, quum ita infert; τοῦτον οὖν ἔχει τὸν λόγον, ὁ θεὸς ἐν κόσμῳ, συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν) crediderim locum hunc quem ab Apuleio omiſſum Budæus interpretatus eſt, in Ariſtotele hoc pacto eſſe legendum. ἔοικε δὲ ὄντως, εἰ καὶ μικρότερον, παραβάλλειν τὸν ἐπέχοντα τὸν κόσμον θεὸν τοῖς ὀμφαλοῖς, &c. Neq. enim comparat Ariſtoteles hunc Mundum ſiue orbem terrarum cum vmbilicis fornicum, quod eſſet abſurdum: ſed Deum totius vniuerſi compagem atq. cohærentiam ſuſtinentem ac tuentem; diuinitatis ſcilicet ſuæ poteſtate in hæc inferiora tranſmiſſa, cunctaque permeante. Hoc tantum diſcriminis in hiſce ſimilitudinibus ſtatuit Ariſtoteles; quòd in fornice, medium locum occupet vmbilicus; in clypeo Mineruæ, ſignificis Phidiæ effigies: Deus verò κατ' οὐσίαν non in medio vniuerſi, hoc eſt in terrâ, ſed in cæli faſtigio ſolium ſuū fixerit. Plenior itaq. & planior erit Ariſtotelis ſentẽtia, ſi ita vt dixi legamus, & minore ambitu verborum ita interpretemur: *Conſentaneum autem omnino fuerit, tametſi minus hoc exiliuſq; ſit, comparare Deum totius vniuerſi machinam tuentem, cum iis lapidibus qui in fornicibus vocantur vmbilici, qui medij poſiti inter vtriuſque partis ſiue lateris commiſſuram, totius fornicis ſtructuram ordinationemq; aptam inter ſe firmamq; tuentur atque conſeruant.* Malo autem in Ariſtotele legere τὸ πᾶν σχῆμα τοῦ ψαλίδος, quàm vt eſt in vulgatis editionibus σχῆμα. Neque enim vmbilicus ille formam

operis tantũ, sed opus ipsum siue structurã tuetur.

Pag. 408. lin. 1. *Simulac totius incolum. interiret.*] *Simulac* hoc loeo nouâ significatione vsurpare videtur Apuleius, pro, *pariter etiam*.

ARISTOTELES.

Τοῦτον οὖν ἔχει τὸν λόγον ὁ θεὸς ἐν κόσμῳ, συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν. πλὴν οὔτε μέσος ὢν, ἔνθα ἡ γῆ τε καὶ ὁ θολερὸς οὗτος τόπος, ἀλλ' ἄνω, καὶ καθαρὸς ἐν καθαρῷ χώρῳ βεβηκὼς, ὃν ἐτύμως καλοῦμεν, οὐρανὸν μὲν, ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω, ὄλυμπον δὲ οἷον ὁλολαμπῆ, καὶ παντὸς ζόφου καὶ ἀτάκτου κινήματος κεχωρισμένον, οἷα γίνεται παρ' ἡμῖν διὰ χειμῶνος καὶ ἀνέμων βίας· ὥσπερ ἔφη καὶ ὁ ποιητὴς Ομηρος,

Ουλυμπόν δ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Εμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἀναδέδρομεν αἴγλη.

συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ βίος ἅπας, τὴν ἄνω χώραν ἀποδοὺς θεῷ. καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνουσι τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι. καθ' ὃν λόγον, οὐ κακῶς κἀκεῖνο ἀναπεφώνηται,

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι.

διὸ καὶ τῶν αἰσθητῶν τὰ τιμιώτατα, τὸν αὐτὸν ἐπέχει τόπον,

τόπον, ἄστρα τε καὶ ἥλιος καὶ σελήνη, μόνα τε τὰ οὐράνια. διὰ τοῦτο ἀεὶ τὴν αὐτὴν σώζοντα τάξιν διακεκόσμηται, καὶ οὔποτε ἀλλοιωθέντα μετεκινήθη, καθάπερ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς εὔτρεπτα ὄντα, πολλὰς ἑτεροιώσεις καὶ πάθη ἀναδέδεκται.

APVLEIVS.

Ad hoc instar Mundi salutem tuetur Deus, apta & reuincta sui numinis potestate. Huius locum quærimus, qui neque infimus est, & terræ contagionibus, neque tamen medius in aëre turbido, verum in mundano fastigio, quem Græci, τὸν γ' οὐρανὸν, *id est cælum rectè vocant; vt qui sit altitudinis finis; & iidem eâ ratione eum nominant, quem ab omni fuscitate ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas & niues sustinet; nec pulsatur ventis, nec nubibus cæditur. Hæc enim de Olympo, qui est celsitudinis summæ, poëta his verbis cecinit.*

Ad firmam illa Deûm sedē discessit Olympum,
Qui nunquam quatitur ventis, nunquam madet imbre,
Vrgetúrve niue, at latè sese explicat æthra
Nube carens, nitido semper splendore coruscans.

Hanc opinionem communis mos, & hominum obseruationes secutæ, affirmant superiora esse Deo

tradita. Namque habitus orantium ſic eſt, vt manibus extenſis in cælum precemur. Romanus etiam Poëta ſic ſenſit:

Aſpice hoc ſublimen candens, quem inuocant omnes Iouem.

Vnde illa quæ videntur, ſuntq́ omnibus præſtantiora, eiuſdem ſublimitates regionum tenent, Aſtra cæleſtia, & Mundi lumina. ac meritò licet illis ordine perpetuo frui, nec diuerſis ea in ſpaciis temporibúſve obſeruātiſsimam legem ſuorum aliquando itinerum metiuntur. Terrena omnia, mutationes & conuerſiones, poſtremò interitus habent.

BVDÆVS.

Hanc eandem igitur rationem Deus habet in mundo: vtpote qui vniuerſorum coagmentationē cohærentem cohibeat & coarctet: incolumitatemq́ue vniuerſitatis conſeruet: niſi quatenus non medio ille loco, in terra ſcilicet, vbi turbida regio eſt: ſed in excelſo ſitus eſt, purus ipſe in puro loco. Quem locū tum Vranon ab origine vocis dicimus, quaſi terminum extimum ſupremorū corporum: tum etiam Olympum, vt vſquequaque lucidum, ab omni caligine ſecretum, motuq́ue omni incondito, cuiuſmodi ſunt qui apud nos venti fiunt, & tempeſtates. Id quod his verbis ſignificat Homerus:

Esse solum diuis subnixum semper Olympum
Fama est, haud ventis tremefactum, haud imbribus vdum,
Ac procul à niuibus subductum: nubibus illinc
Splendida summotis candensq; expanditur æthra.

Huius autem rei elogium est mortaliũ consensus, regionem mundi summam non dubiè Deo tribuentium. Quàm ob causam ipsi manus tollimus sursum inter vota concipienda. Qua ratione nec malè illud quoque ab eodem poëta pronunciatum:

Cælum sorte tulit simul æthera Iuppiter altum.

Quin etiam quæ maximè eximia sunt inter res sensu perceptas, eundem illa locum obtinent: vt sidera, vt Sol & Luna. Vnde fit, vt cælestia concinno ordine digesta, suas ipsa vices conseruent perennes & constitutas, nulliquè obnoxias mutationi: longè illa secus atque terrena: quæ ita natura comparata sunt, ipsa in alias vt ex aliis affectiones transeant, fieriquè idemtidem altera atque altera non respuant.

SCHOLIA.

Pag. 408. lin. 1. *Ad hoc instar.*] hoc est, ad hoc exemplum, vel similitudinem. Rectè enim Glossæ veteres, *Instar*, interpretantur ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα.

Lin. 2. *Aptâ & reuinctâ numinis sui potestate.*] Alludit omnino Apuleius his verbis ad illud Aristotelis quo dixit Phidiam τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον συνδῆσαι

τῷ ἀγάλματι, hoc eſt oris ſui ſimilitudinem colligaſſe clypeo Mineruæ. Perſiſtens itaque in hac Ariſtotelis cõparatione, dicit, Deum tueri ſalutem mundi *apta* [malim *arcta*] *& reuinctâ*, hoc eſt colligata numinis ſui poteſtate. Vetus cod. legit, *aptam & reuinctam numinis ſui poteſtatem.* minus meo iudicio rectè. non tamen malè etiam hoc pacto legere poſſimus; *aptam & reuinctam numinis ſui poteſtate.* Quod verò hic dicit Deum ζυνέχειν τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν, id ſupra etiam dixit, Nihil creatum poſſe ſubſiſtere deſtitutum ἐπικουρίας τοῦ ἄνωθεν.

3. *Huius loc. quær. qui neque infimus eſt, & terræ contagionibus.*] Vet.c. ita legit. *H. l. q. qui neque fimus eſt terræ contagionibus.* in quâ lectione rectè omiſſa eſt coniunctio *&*, quæ omnino in vulgatis editionibus ſenſum turbat; ſed pro *fimus* legendũ omnino cenſuerim *finitimus.* ſenſu plano; Rectè verò Apul. quod Ariſt. θολερὸν τόπον vocauit, turbidũ aërem vertit. Budæus autem parum ſcitè turbidã regionem in terra collocat. Neque enim hæc Ariſtotelis mens; ſed, Deum non obtinere medium vniuerſi locum, quem Terra, & turbidus Aër occupat. Nam ſtatim opponit τῷ θολερῷ τόπῳ, τὸν καθαρὸν χῶρον, hoc eſt, οὐρανὸν, in quo ſtatuit Dei ſolium, κατ' οὐσίαν.

Lin. 5. *Quem Græci τὸν γ' οὐρανὸν, id eſt cælum rectè vocant.*] Illud τὸ γ' abundat, & quod ſequitur, *id eſt cælum*, merum gloſſema eſt. vt neque in MS. codice legitur. Nam id quod ſtatim ſubiungit Apuleius, vt qui ſit altitudinis finis, explicat etymon vocis οὐρανὸς, quòd nimirum ſit ὅρος τῶν ἄνω, ex Ariſtotelis veriloquio. quæ quidem etymi explicatio voci Cæli nequaquam conuenit.

7. Et

7. *Et iidem eâ ratione eum nominant.*] Mutila oratio. Ductus verò verborum Aristotelis & sententia ipsa euincit legendum esse, *eum* ὄλυμπον *nominant*. cuius etymi rationem explicat Arist. quòd sit ὁλολαμπὴς, hoc est, omni sui parte nitens; imò verò etiam ἀειλαμπὴς, ὡς τὰς ἀναθυμιάσεις μὴ προσδεχόμενος, vt supra diximus.

10. *H. e. de Olym. q. e. cels. summæ poëta his verbis cecinit.*] Vet. cod. *Hæc enim nec Olympo qui est celsitudinis summæ contingere, poëta,* &c. Hæc enim quæ recensuit effecta τῶν ἀναθυμιάσεων Olympo non accidunt, teste Homero.

17. *Superiora esse Deo tradita.*] τὰ ἄνω. Aristotel. τὴν ἄνω χώραν.

18. *Vt manibus extensis in cælum precemur.*] Virg.
——— *Duplices tendens ad sydera palmas.*
Horat. *Cælo supinas si tuleris manus.*

19. *Romanus etiam poëta sic sensit.*] Apuleius loco versus Homerici quem citat Aristoteles ex Ιλιαδ. κ. adfert versum Ennij, quem κατ' ἐξοχὴν vocat Romanum poëtam.

20. *Aspice hoc sublimen candens.*] Iosephus Scaliger Coniectaneis in Varronem, ait in veteribus Apuleij membranis legi Sublimen, quod vult significare Limen superius, aut superlimen; quod Gloss. vetus vocat ὑπέρθυρον. Meus cod. MS. expresse habet *sublimè candens.*

22. *Mundi lumina.*] Ita vocat Apul. quod Arist. ἥλιον καὶ σελήνην.

26. *Obs. legem suorum aliq. itinerum metiuntur.*] Legendum omnino est *mentiuntur*. apertissimo sensu: Astra in summâ diuersitate spaciorum & temporum

porum, nunquam mentiri legem ſuorum itinerum, hoc eſt, perpetuò obſeruare vnum atque eundem ſui curſus tenorem. Hoc interim monebo, in vulgaribus editionibus Ariſtotelis, perperam eſſe poſitam notam periodi poſt τὰ οὐράνια. continuè enim hæc legenda ſunt cum ſequentibus, hoc modo: μόνα τε οὐράνια διὰ τοῦτο, &c.

ARISTOTELES.

Σεισμοί τε γὰρ ἤδη βίαιοι πολλὰ μέρη τῆς γῆς ἀνέρρηξαν, ὄμβροι τε κατέκλυσαν, ἐξαίσιοι καταρραγέντες, ἐπιδρομαί τε κυμάτων, καὶ ἀναχωρήσεις πολλάκις καὶ ἠπείρους ἐθαλάττωσαν, καὶ θαλάττας ἠπείρωσαν. βίαι τε πνευμάτων καὶ τυφώνων ἔστιν ὅτε πόλεις ὅλας ἀνέτρεψαν. πυρκαϊαί τε καὶ φλόγες, αἱ μὲν, ἐξ οὐρανοῦ γενόμεναι πρότερον, ὥσπερ φασὶν ἐπὶ Φαέθοντος, τὰ πρὸς ἕω μέρη κατέφλεξαν. αἱ δὲ, πρὸς ἑσπέρας ἐκ γῆς ἀναβλύσασαι καὶ ἐκφυσήσασαι, καθάπερ τῶν ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναρραγέντων, καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων χειμάρρου δίκην. ἔνθα καὶ τὸ τῶν εὐσεβῶν γένος ἐξόχως ἐτίμησε τὸ δαιμόνιον, περικαταληφθέντων ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων γονεῖς, καὶ σώζειν. πλησίον γὰρ αὐτῶν γενόμενος ὁ τοῦ πυρὸς ποταμὸς, ἐξεσχίσθη, παρέτρεψέ τε τὸ μὲν,

ἔνθα,

ἔνθα, τὸ δ' ἔνθα, καὶ ἐτήρησεν ἀβλαβεῖς ἅμα τοῖς γονεῦσι τοὺς νεανίσκους.

APVLEIVS.

NAMQVE *immodicis tremoribus terrarum dißiluisse humum, & interceptas vrbes cum populis, sæpe cognouimus. Audiuimus etiam abruptis imbribus prolutas esse totas regiones. Illas enim quæ* profusas esse *prius fuerint continentes, hospitibus atq. aduenis fluctibus insulatas: alias desidiâ maris, pedestri accessu peruias factas. Quid? qui ventis & procellis ciuitates euersas esse meminerunt? quid, cùm incendia de nubibus emicarunt, cùm Orientis regiones Phaëthontis ruinâ, vt quidã putant, conflagratæ perierunt? In Occidentis plagis scaturigines quædam ac proluuiones easdem strages dederunt. Sic ex Ætnæ verticibus quondam effusis crateribus, per decliuia, incendio diuino, torrentis vice, flammarum flumina cucurrerunt. in quo periculi vertice egregium pietatis meritum fuisse cognouimus. Namque eos qui principio fragoris territi, sensum tamen clementiæ misericordiæq; retinebant, & grandæuos parentes ereptos volucri clade suis ceruicibus sustinebant: illa flammarum fluenta diuino separata discidio, quasi duo flumina ex vno fonte manantia, locum illum ambire maluerunt obsidione innocenti. Inerant boni baiuli, religiosis sarcinis occupati.*

BVDÆVS

BVDÆVS.

CERTE contigiſſe aliquando conſtat, vt terræmotus violentia, terra ipſa multis in locis diſceſſerit, indeq́ue hiatus extiterint: vt imbres vi maiore ruentes, diluuium in terram intulerint: vt excurſiones vndarum, receſſuſq́ue tum continentes mari obruerint ſæpenumero, tum rurſus maris alueos adiecerint continentibus: vt vis flatuum & vorticum oppida funditus diſturbarit: denique vt incendia atque inflammationes aliquæ supernè delapſantes, partes orbis exuſſerint verſas ad Orientem: vt Phaëthontis tempore contigiſſe dicitur: quædam etiam vi è terra erumpentes, veluti expirabundæ idem fecerint: vt quum crateres Ætnæ abrupta terra patefacti, conflagrationem emiſerunt, inſtar torrentis per terram graſſabundam. Quo tempore qui è mortalium genere pietate erant imbuti, ij à numine diuino eximio honore ingentiq́ue affecti ſunt. Siquidem iuuenes & robore valentes, cùm parentes ſuos ætate iam confectos humeris ſuſtuliſſent, igneo flumine iamiam opprimendi, in eo erant ipſi vt interirent: cùm ecce flumen ipſum ita ſe ſcidit, vt huc & illuc diuerſi fluctus digrederentur, iuueneſq́ue intactos cum ſenibus tranſmitterent.

SCHO-

SCHOLIA.

Lin. 22. *Interceptas vrbes.*] hoc est, haustas & mersas.

30. *Abruptis imbribus.*] ὄμβροι ἐξαίσιοι καταῤῥαγέντες. Ita supra Aristoteles ὕδατος ἐκραγέντος ἀθρόως. Apul. *qui ruptis nubibus manare solent.*

31. *Illas enim, quæ, &c.*] Legendum omnino, *Illas etiam, &c.*

32. *Aduenis fluctibus insulatas.*] Vet. cod. legit, *aduersis fluctibus*, &c. minus meo iudicio rectè. Insulatas verò vertens Apuleius, quas Aristoteles ait τεθαλαττωμένας; innuit non mari obrutas, sed à continente abruptas, & mari cinctas.

32. *Alias desidia maris.*] Eleganti vocabulo Desidiam maris vocat, ἀναχωρήσεις κυμάτων. ita supra, quod Aristoteles dixit ἀναχωρήματα καὶ ἐπιδρομὰς κυμάτων, Apuleius vertit *progressus & recursus*. Malim verò legere, *insulas desidia maris*, &c. sensu non incommodo, & ad mentem Aristotelis quàm proximè accedente. vt nimirum intelligamus continentes insulatas, insulas continenti adiectas.

Ibid. *Pedestri accessu peruias facta.*] Pulcherrimâ Circumlocutione interpretatur illud Aristotelis, θαλάττας ἠπείρωσαν.

Pag. 409. lin. 1. *ciuitates euersas.*] quantò significantius vertas ἀνατρέπειν πόλεις, *euertere vrbes*, cum Apuleio; quàm *disturbare*, cum Budæo?

2. *Phaëthontis ruina.*] Huius meminit Aristotelis Meteor. lib. 1. cap. 8. dicens Pythagoreos quosdam Lacteum circulũ Phaëthontis ruinæ tribuere. Idem lib. De mirab. Auscult. ait prope Euphratem lacum

cum quendam esse feruentem, & tetri odoris, adeo vt neque animal vllum ex eo bibat, & eius halitus aues superuolantes necet μυθεύουσι δὲ, inquit οἱ ἐγχώριοι φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην.

3. *Scaturigines quadam & proluuiones.*] Subaudiendum, vel addendum potius, *ignis è terra.* Nam vt in Oriente φλόγες ἐξ οὐρανοῦ, ita in Occidente φλόγες ἐκ γῆς has incendiorum strages dederunt. Posterius hoc mirum videri non debet. Nam vt suprà dixit Arist. ἐμπεριέχει καὶ πολλὰς ἡ γῆ ἐν αὑτῇ καθάπερ ὕδατος, οὕτω καὶ πνεύματος καὶ πυρὸς πηγάς, hoc est, vt vertit Apuleius, *Non aquarum modò Tellus in se fontes habet, verùm spiritu & igni fœcunda est.* Vnde & Stoici, causam interitus mundi, ad indomiti ignis vim in rebus existentem referunt: quâ de re exstat insignis locus apud Philonem De mundo. quem, quoniam in iis editionibus quæ cum versione G. Budæi circumferuntur, mirum in modum legitur deprauatus, adeo vt nullus tam ex Græco textu, quàm ex Latina versione sensus nisi absurdus elici possit, totum adferam, & restituam. Verba Philonis sic se habent: οἱ δὲ στωϊκοὶ, κόσμον μὲν ἕνα, γενέσεως δὲ αὐτοῦ τὸν θεὸν αἴτιον, φθορᾶς δὲ μηκέτι θεὸν, ἀλλὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς οὖσι πυρὸς ἀκαμάτων δύναμιν, χρόνων μακραῖς περιόδοις ἀναλέγουσαν τὰ πάντα εἰς ἑαυτήν. Budæus ita vertit: *At Stoici Mundum vnum ponentes, ortus eius auctorem faciunt Deum atque causam, non item interitus: cæterum vim quandam in rebus existentem interitus causam esse volunt, ab iis rebus oriundam quæ labori non cedunt, longinquis temporum circuitibus omnia ad se colligentem.* Certè Oedipus aliquis ex his verbis nequaquam diuinarit, quæ sit causa interitus mundi ex senten-

tiâ Stoi-

tiâ Stoicorum. Quænam enim est hæc, causa quam vocat ab iis rebus oriundam quæ labori nõ cedunt? Sed excusandus mihi hoc loco meritò venit Budæus, qui Epistolâ quâ versionem huius libelli Philonis De mundo Iacobo Tusano inscribit, veniam deprecatur, si vitio exemplaris Græci vulgati typis quo vsus fuit (nullo enim M S. cod. se adiutum fuisse testatur) mutilus interdũ est sensus aut parum sibi constans. Editione enim vsus videtur Aldinâ excusa anno Dom. M. CCCCXCVII, parum probâ. Edita sunt deinde opera Philonis Græcè Parisiis, typis regis operâ Adriani Turnebi. quæ tametsi etiam ipsa valde sint mendosa, tamen illorum ope in hoc qui Philoni inscribitur libello De mundo, multa castigari possunt. Ego enim ita sentio, libellum hunc non tam Philonis esse, quàm ex variis illius scriptis à docto aliquo viro contextum. id quod aliâs apertè demonstrabò. nunc locum hunc miserè corruptũ, ex alio eius libro cui titulus est περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, vnde ad verbum desumptus est, emendabo. in quo hæc verba πρὸς ἀκαμάτων δύναμιν, ita leguntur πυρὸς ἀκαμάτου δύναμιν, deinde pro eo quod sequitur ἀναλέγουσαν τὰ πάντα, legitur, ἀναλύουσαν τὰ πάντα εἰς ἑαυτήν. planissimo apertissimoque sensu: Indomitam nimirum ignis vim ac potestatem in rebus existentem, longinquitate temporis omnia in seipsam resoluentem, esse ex sententia Stoicorum causam interitus mundi. Fui hac in parte paulò prolixior, vt vel hoc vno è multis exemplo ostenderem hunc qui Philonis titulo legitur libellum De mundo, multis locis nihilò esse Apuleiano mundo mundiorem, quem etiam libenter emundatum

hoc tempore in lucem emisissem, nisi aliæ res consilium meũ non tam mutassent, quàm retardassent.

Lin. 5. *Sic ex Ætnæ verticibus effusis crateribus.*] De hoc monte Ætna ita Strabo li. Geograph. 6. ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους, διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρός. τότε μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τότε δὲ σχιζομένου. καὶ τότε μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τότε δὲ φλόγας καὶ λιγνύς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος. Apuleius Græcam vocem κρατήρων retinuit, vertens *Crateres*. Ego verò propriè κρατῆρας Latinè dici posse censuerim Labra. metaphorâ sumtâ à Labris fontium. Sunt enim Labra, Receptacula, vt ea vocat Vitruuius, quibus ex siphúculis siue tubulis saliens aqua concipitur. Ita Plinius Epistola centesima-prima libri quinti, *Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumiectasq; platanos, & subiecta platanis leni aspergine fouet*: Ita & Labra, siue vt veteres Grammatici interpretantur, ποδόνιπτρα in balneis vocata crediderim saxa ipsa ad instar crateris, situlæ vel peluis cauata. Hoc etiam addam: Dioscoridem auctorem esse Δίψακον herbam à nonnullis vocari λουτρὸν ἀφροδίτης, à Latinis, Labrum Veneris. Cuius appellationis rationem ipsemet Dioscorides exponit, inquiens: κοῖλα δὲ περὶ τὰ δύο μέρη τῶν φύλλων, ὥστε ὕδατα ἀπὸ τῶν δρόσων καὶ τῶν ὄμβρων φυλάττειν. quòd nimirum huius herbæ geniculi perpetua aquâ ex rore & pluuia conceptâ scateant; vt labra fontium, aqua ex siphunculis saliente. quod & Græcæ vocis διψάκου etymon satis declarat. Atque hunc quidem Dioscoridis locum, etiam Plinij auctoritate confirmatum, qui lib. 25. cap. vltimo, Labrum Veneris in flumine nasci ait, Dipsacum innuens, doctissimo viro

viro Raphaëli Thorio Bellioni acceptum fero; qui cùm per hosce dies cùm hæc scriberē, ab hac Academia Leydensi meritissimam Medicinæ lauream acceperit: dabunt hoc, vti spero, Lectores amicitiæ nostræ, & necessitudini quæ mihi cum illius parente Francisco Thorio Bellione Medico & poëta eximio summa iam inde à puero intercedit, si Epigrammati vni atque alteri quod in vtriusque gratiam scripsi, aliquam in hoc Mundo Aristotelico sedem tribuero.

In FRANC. & RAPH. THORIOS
Medicos & Poëtas eximios.

Credideram THORIO *Medicâ melicâq́; palæstra*
Haud facilè hæc alium secla datura parem.
At modò per patrias ita regnat filius artes,
Graminibus iuxta carminibusq́; potens:
Vt dubitem patris an nati sit gloria maior.
Laus patris est docti filium habere parem.

IN RAPH. THORII BELLIONIS
Doctoratum.

Felices illi titulo quos Leyda bearit,
Pæoniæ cingens frondis honore caput.
At tibi docte THORI *titulos dum adiungit honorū,*
Est per te titulis Leyda beata suis.
Sic vestita nitet splendenti gemma metallo,
Dans decus artifici mutuò, & accipiens.

Εἰς τὸ αὐτό.

Φραδμοσυνης ἕνεκεν ποθέοι δέκα Νέστορας ἄλλος,
Εἵνεκ' ἀκεσορίης μοῦνον ἐγὼ Θόριον.

Lin. 12. *Diuino separata dissidio.*] Vet.codex MS. legit *discidio*,& quidem rectissimè, à verbo *Discindo.* Nam hoc optimè respondet illi quod Aristoteles dicit ὁ τοῦ πυρὸς ποταμὸς ἐξεχίσθη, quod & Budæus eâdem ratione vertit, *flumen ipsum ita se scidit.*

13. *Locum illum ambire maluerunt obsidione innocenti.*] Mirum quantam lucem quantumque ornatum Apuleius Aristoteli his verbis addiderit, adeo vt graphicè quodammodo oculis legentium subiiciat pios illos homines instar baiulorum, parentibus suis grandæuis (quos religiosas sarcinas vocat) onustos.

16. *Inerant boni baiuli.*] Non displicet emendatio Coluij, qui legit, *In hoc erant*, scilicet, ambitu flammarũ. Baiulos vocat, quos Græci βαστακτὰς Glos. vet. Beolat [leg. Baiolat vel Baiulat] βαστάζει. Baiuli olim Serui. vnde putarim à Scholiaste Sophoclis in Aiace flagellifero vocari παιδαγωγοὺς siue παιδοτρίβας, βαϊούλους. quòd nimirum Serui, ad docendos pueros olim adhiberentur: testes cum alij, tum Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς, inquiens: τῶν γὰρ δούλων τῶν σπουδαίων τοὺς μὲν γεωργοὺς ἀποδεικνύουσι, τοὺς δὲ ναυκλήρους, τοὺς δὲ ἐμπόρους, τοὺς δὲ οἰκονόμους, τοὺς δὲ δανειστάς. ὅ, τι δ' ἂν εὕρωσιν ἀνδράποδον οἰνόληπτον καὶ λίχνον, πρὸς πᾶσαν πραγματείαν ἄχρηστον, τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσιν τοὺς υἱούς.

ARISTOTELES.

Καθόλου δὲ ὅπερ ἐν νηῒ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ, κορυφαῖος, ἐν πόλει δὲ, νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ, ἡγεμὼν, τοῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ.

σμῷ. πλὴν καθ' ὅσον, τοῖς μὲν, καματηρὸν τὸ ἄρχειν, πολυκίνητόν τε καὶ πολυμέριμνον, τῷ δὲ, ἄλυπον ἄπονόν τε, πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς ἀσθενείας. ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυμένος, πάντα κινεῖ καὶ περιάγει, ὅπου βούλεται, καὶ ὅπως, ἐν διαφόροις τε ἰδέαις καὶ φύσεσιν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ τῆς πόλεως νόμος, ἀκίνητος ὤν, ἐν ταῖς τῶν χρωμένων ψυχαῖς πάντα οἰκονομεῖ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν. ἑφεπόμενοι γὰρ αὐτῷ, δηλονότι ἐξίασιν, ἄρχοντες μὲν ἐπὶ τὰ ἀρχεῖα, θεσμοθέται δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια, βουλευταὶ δὲ καὶ ἐκκλησιασταὶ, εἰς συνέδρια τὰ προσήκοντα. καὶ ὁ μέν τις, εἰς τὸ πρυτανεῖον βαδίζει, σιτησόμενος, ὁ δὲ, πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἀπολογησόμενος, ὁ δὲ, εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀποθανούμενος. γίνονται δὲ καὶ δημοθοινίαι νόμιμοι, καὶ πανηγύρεις ἐνιαύσιοι, θεῶν τε θυσίαι, καὶ ἡρώων θεραπεῖαι, καὶ χοαὶ κεκμηκότων, ἄλλα δὲ ἄλλοις ἐνεργούμενα, κατὰ μίαν πρόσταξιν, ἢ νόμιμον ἐξουσίαν, σώζει τὸ τοῦ ποιήσαντος ὄντως,

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων

APVLEIVS.

POSTREMÒ *quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, dux in vrbe, dux in exercitu; hoc est in Mundo Deus. nisi quòd ceteris ærumnosum & multiplex, & curarum innumerabilium videtur esse hoc ipsum, alicuius officij principem fieri. Deo verò, nec tristis nec onerosa est imperij sui cura. Namque nobis circumfert & regit cunctas formas natura, quas diuersis regionibus commouens: vt est lex ciuitatis semel promulgata, perpetuis obseruationum rationibus fixa, ipsa quidem immutabilis, ac eius arbitrio parentum mentes agitantur, nutuq; eius & dominatione flectuntur: & scitis eius magistratus tribunalia, principia milites frequentabunt, recuperatores iudiciis præsidebunt, decuriones, & quibus est ius dicendæ sententiæ, ad consensum publicum commeabunt: & alius ad Minutiam frumentatum venit: & aliis in iudiciis dies dicitur. reus ita purgandi se necessitate, vt sectandi studio accusatur. Venit ille moriturus, ad supplicij locum ducitur: hic ad conuiuij repotia & vespertinus commissator aduentat. Sunt & publicarum epularum apparatus, & lectisternia deorum & dies festi, ludi scenici, ludiq; Circenses. Diis sacrificatur, Genius ministratur: alius libatione profunditur, aliusq; alio fungitur*

gitur munere: paréntque omnes iußis legum & communis imperij. videaſq́; illam ciuitatem pariter ſpirantem Panchæis odoribus, & gratè olentibus cœnis, & reſonantem hymnis, & carminibus, & canticis: eandem etiam lamentis & ploratibus eiulantem.

EVDÆVS.

Vt verò ſummatim iam loquamur: quod in naui gubernator eſt, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, quod denique lex in ciuitate, & dux in exercitu: hoc Deus eſt in mundo. Niſi ſi hactenus intereſt, quòd labor & motus multiplex illos exercet, & curæ angunt variæ: cùm huic illaborata ſuccedant omnia, omnis moleſtiæ expertia, citráque corporis infirmitatem: quippe cui in loco ſtabili immotoq́ue collocato, omnia mouere & circumagere pro arbitratu liceat, quo libitum eſt cunque, & quo modo libitum eſt, idq́ue diuerſis in formis ſimul atque naturis. Id autem ratione ſimili facit ille, atque lex ciuilis: quæ immobilis ipſa exiſtens in vtentium animis, regit omnia ad Remp. pertinentia. Et ciues quidem quaſi eius aſſeclæ in medium prodeunt: qui autem Principes vocantur, ad prætorium ſe conferunt: Legiſlatores ad propria tribunalia: Senatores

denique, & qui Concionatores dicuntur, ad conſeſſus ſibi contributos conueniunt. Rurſus is in Prytaneum it, cui ſcilicet id datum eſt, in eo vt publico victu epuletur: alter rapitur ad iudicium, cauſam vt ibi dicat: in carcerem alius compingitur, vt ſupplicio afficiatur illic. Tum verò epulones in ciuitate celebres ad epulas legitimaſque conueniunt. Iam verò aguntur dies feſti, iam ludicra ſolennia: iam anniuerſaria ſacrificia fiunt diuis, heroeſque ritu ſuo coluntur: poſtremò inferiæ mortuis inferuntur. Sic alia ab aliis facta vno vel imperio vel legis vna auctoritate, aſſeruant eum qui obtemperat.

Sic vrbs ſimul plena eſt vaporibus ſacris,
Reſonatq; cantibus piis ac luctibus.

SCHOLIA.

Lin. 15. *In triremi gubernator.*] Gloſſ. Vet. κυβερνήτης. Gubernator. Magiſter nauis. Horat. *Et nauis Hiſpanæ magiſter Dedecorum pretioſus emptor.*

Ibid. *In curru rector.*] auriga ſiue agitator.

Ibidem. *Præcentor in choris.*] hoc eſt auctor & princeps.

16. *Dux in vrbe.*] Ita & MS. cod. qui ſub finem multum à priori integritate diſcedit. Legendum enim omnino ex Ariſtotele, *Lex in vrbe.* & quæ ſequuntur hoc ipſum ſatis declarant: *vt eſt Lex ciuitatis ſemel promulgata.*

Lin. 17.

Lin. 17. Καματηρὸν.] Ærumna enim eſt Latinis, quod Græcis ταλαιπωρία; & ταλαίπωρος, id eſt, ærumnoſus propriè dicitur qui in fodinis æris laborat; aut alioqui in Latomiis.

Ibid. *Multiplex.*] Ita vertit Apul. id quod Ariſt. vocat πολυκίνητον. Multiplex πολύπλοκον. quod in multa ſe verſat & mouet.

Lin. 18. *Alicuius officij principem fieri.*] hoc eſt auctorem eſſe, explicans id quod Ariſtoteles dixit, Αρχὴν. quod Budæus non eſt interpretatus. Per ἄρχειν verò innuit Ariſt. id quod ſupra vocauit ἐνδόσιμον.

Ærumnoſum.] Eleganter & propriè ita vertit Apuleius τὸ καματηρὸν.

19. *Triſtis cicra.*] Ita vertit Apul. τὸ ἄλυπον. Per triſtem curam ſignificans eam quæ eſt coniuncta cum ærumna, quæ facit homines λυπηρὺς, hoc eſt triſtes. Simili planè ſignificatione Hiſpani hodie, hominem ærumnoſum vocant *vn Triſte.*

Ibid. *Imperij ſui cura.*] Per Imperium ſignificat id quod Ariſtoteles paulo antè dixit ἄρχειν, quod Apuleius vertit, *alicuius officij principem fieri.* Αρχειν verò propriè eſt *imperare.*

20. *Namque n. c. & r. c. f. n. q. d. r. c.*] Vet. cod. ita etiam legit; *Namque nobis circunfert & regit cunctas Natura formas, quas diuerſis regionibus commouens:* Pendet tamen ſenſus imperfectus. quô fit, vt ego Ariſtotelis verba accuratiùs expendens, tale quid poſt τὸ *commouens*: adiiciendum putem; *ipſa manens immota*, vt reſpondeat illi quod dixit Ariſtoteles ἐν ἀκινήτῳ γὰρ ἱδρυμένος. Comparat enim Deum ſiue Naturam omnia commouentem, cum Lege ciuitatis, ad cuius arbitrium ciuium mentes agitantur;

cùm ipſamet maneat immutabilis,hoc eſt immota. vbi Ariſtoteles eandem vocem vſurpat ἀκίνητος, de Lege loquens, quam ſupra tribuit Deo, dicens ἐν ἀκινήτῳ ἱδρυμένος.

23. *Ac eius arbitrio.*] Lege *at eius arb.*

Ibid. *Parentum mentes agitantur.*] Parentes vocat Apuleius, eos qui parent legibus, Ciues nimirum, quos Græci dicunt ὑπηκόους, hoc eſt ſubditos & ſubiectos legibus. Ariſtoteles vocat χρωμένους, qui vtuntur legibus, tametſi hæc vox mihi mendi ſuſpecta eſt.

24. *Nutuq́; eius & dominatione flectuntur: & ſcitis eius*, &c.] His omnibus declarat Apuleius id quod dixit Ariſtoteles ἐφεπόμενοι αὐτῷ, id eſt, Legis normam & præſcriptum ſequentes. Nam quod Budæus vertit: *Et ciues quidem quaſi eius aſſeclæ in medium prodeunt*, parum mihi probatur. Nulla enim hîc ciuium cum Lege in medium prodeuntium mentio. Sed cùm generaliter dixiſſet, Omnes in ciuitate ſeſe Legis præſcripto accommodare: nunc ſpeciatim dicit, quæ loca, quibus rebus agendis Lex præſcribat;& ad ea vnumquemque ex Legis auctoritate ſe conferre. atque ita τὸ ἐξίασιν, quod Budæus vertit *In medium prodeunt*, referens ad Ciues, referendum eſt potius ad ἄρχοντας, θεσμοθέτας, βουλευτὰς quibus diuerſa ex Lege deſignata ſunt tribunalia.

25. *Scitis eius.*] hoc eſt Placitis & decretis. Sciſcere enim eſt ſententiam dicere. Vnde Plebiſcitum. δήμου ψήφισμα. Eſt enim ψήφισμα, Scitum, Conſultum, decretum. vt interpretantur veteres Grammatici.

Ibid. *Magiſtratus.*] Propriè ita vocantur οἱ ἄρ-

χοντες

χοντες καὶ στρατηγοὶ, id est, Prætores.

Ibid. *Tribunalia.*] Aristot. ἀρχεῖα. Videtur Aristot. Ἀρχόντων nomine significare Prætores, tam Ciuiles, quàm Militares. Apuleius hæc distinguit, & Ciuiles causas ad Tribunalia, id est βήματα reuocat: militares, ad Principia, quæ Græcis ἀρχεῖα vocantur. tametsi Plutarchus ἀρχεῖα & Principia confundit. Ita enim ille in Galba: καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσιν ῥωμαῖοι.

26. *Recuperatores.*] Recuperatores erant Iudices dati, per quos vnusquisque suum recipiebat.

27. *Decuriones.*] Hi publico consilio præerant, & suæ curiæ quasi Senatores erant. quos ita dictos quidam volunt, quòd initio cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur. publici consilij causâ conscribi solerent.

Ibid. *Et quibus est ius dicendæ sententiæ.*] Complexus est Apul. his verbis quos Arist. vocat βουλευτὰς καὶ ἐκκλησιαστάς. βουλευτὴν Glossæ veteres optimè interpretantur Decurionem, Curialem. & βουλευτήριον, Curiam. ἐκκλησίαν verò Concilium. vnde qui conuocantur, ἐκκλησιασταί.

Ibid. *Ad consensum publicum.*] Ita & MS. codex. Legendum verò est omnino ex Aristotele *consessum*, quod respondet τῷ, εἰς συνέδρια.

28. *Alius ad Minutiam frumentatum venit.*] Arist. καὶ ὁ μέν τις εἰς τὸ πρυτανεῖον βαδίζει σιτησόμενος. Πρυτανεῖον apud Athenienses vocabatur locus vbi custodiebatur frumentum publicum. ideo dictum quasi πυροταμεῖον, id est, ταμεῖον τοῦ πυροῦ, id est, σίτου, Inde πρύτανις, ὁ σιτοφύλαξ quasi πυρόταμις. πρυτανεῦσαι enim inter alia etiam significat φυλάξαι & ταμιεῦσαι.

Plutarchus

Plutarchus auctor est Cimonis Atheniensis ædes, ob insignem eius liberalitatem dictas fuisse πρυτανεῖον κοινὸν. vt & Luculli ob Bibliothecas ipsius quæ omnibus patebant, πρυτανεῖον ἑλληνικὸν. Πρυτανεῖον itaque interpretari possimus κοινὴν ἀποθήκην, siue Horreum publicum; quod Hispani vocant Alhondiga. Apuleius id vocare voluit vocabulo Romano Minutiam, frumentariam scilicet, quæ erat nona regione vrbis ad Circum Flaminium. de quâ consule Electorum Iusti Lipsij lib. 1. cap. 8.

At verò *Frumentatum venit.* vertit Apuleius, quod dixit Arist. σιτησόμενος, hoc est, frumentum accepturus. Bud. *cui scilicet id datum est, in eo* [Prytaneo scilicet] *vt publico sumtu epuletur.* minus appositè ad huius loci sensum.

29. *Reus ita purgandi se necessitate, vt sectandi studio accusatur. Venit ille,* &c.] Vidit acumen Lipsij sensum huius loci non constare; atque ita in verè ἐξαιρέτοις suis Electis eum in hunc modum emendauit. *r. i. p. s. n. vt s. st. accusator venit. Ille moriturus ad supplicium dicitur,* &c. Codex meus MS. legit *reus purgandi se,* &c. neque agnoscit τὸ *ita,* quod in vulgatis exemplaribus Apuleianis legitur; & omnino, meo quidem iudicio, παρέλκει, quemadmodū etiam τὸ *vt,* illi respondens. quod ego corruptum esse crediderim ab *in,* & coniungendum cum τὸ *sectandi.* vt hoc pacto legamus: *reus purgandi se necessitate, insectandi studio accusator venit.* Et certè ipse loquendi modus postulat vt legamus, *insectandi studio,* non verò, *sectandi.* Neque enim tam accusator in iudicium venit, sectandi rei, quàm insectandi causâ. διώκειν enim est Insectari & Accusare. vt Demost.

διώκω

διώκω γραφὴν: & Iſocrates Διώκω σε ἱεροσυλίας. Vnde & διώκων Actorem; διωκόμενος, ſiue φεύγων, Reum ſignificat. Neque verò incommodè etiam legi poſſe cenſuerim, *Reus it purgandi ſe neceſſ.* &c.

31. *Hic ad conuiuij repotia & veſpertinus commiſſator aduentat.*] Repotia vocat, quæ Græci ἐπιβδὰς. Pindarus Pythiorum Ode 4.

ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.

vbi Scholiaſtes, ἐπίβδαι, inquit, κυρίως καλοῦνται αἱ ἑπόμεναι τῆς ἑορτῶν ἡμέραι. αἱ μεθέορτοι, [ita nos vernacula noſtrâ lingua dicimus, *de naefeeste*] οἱ ἐπαγόμεναι τῇ ἑορτῇ. Τινὲς δὲ φασὶ παρεμβεβλῆσθαι τὸ βῆτα. τὰς γὰρ ἐπὶ δαιτὶ, λέγουσιν ἐπίβδας. ὡς τὴν σίδην, σίβδην. καὶ ἕασον, ἕβασον. Priore itaque ſignificatione τῶν ἐπίβδων intelliguntur *Poſtfeſta*, vt ita dicam; poſteriore. Repotia. Gloſſæ veteres, Reperidia, interpretantur ἐπὶ πόδαι. ἡ μετὰ τὴν ἡμέραν ποδοστροφία. quē locum Ioſ. Scaliger caſtigationibus in Feſtū. emendat Repotia ἐπίβδαι. vt & aliū in eiuſdem Gloſſ. locum Reoria, ἡ τρίτη τῶν ἀγάμων ποδοστροφιά & tertium in iiſdē Reproca, ἐπίβδαι, ἡ μετὰ τὴν ἑορτήν. vbiq. legendū cenſens, Repotia. Ego tamen non incōmodè pro Reperidia, legi poſſe cenſuerim Repetidia, quòd nimirū poſtridie cōuiuium repetamus. Hoc enim apertè ſibi vult ἡ μετὰ τὴν ἡμέραν ποδοστροφιά. Quid ſi etiā Repedidia legamus? Repedare enim Lucilia eſt Pedem iterare. Propriè autem vocauit Apul. *Veſpertinū comiſſatorem.* κῶμος enim eſt ὁ καιρὸς ὁ ἀπὸ τῶν δείπνων καὶ μέθης πρὸς ὕπνον καλῶν, vt veteres Grammatici definiunt. aut alioqui Κῶμος eſt μεθυστικὸς αὐλὸς ἐγχρονίζων, οἴνοις καὶ κυμβάλοις καὶ αὐλοῖς καταθέλγων τοὺς δαιτύμονας.

δαιτύμονας. Gloss. veteres interpretãtur Comissatum, ἐπὶ κῶμον. & aliæ, Κῶμος, Comisatum, Comisatio. Vespere verò κῶμον haberi solitum, satis constat ex εἰδυλλ. ζ. Moschi: quod in gratiam τῶν φιλελλήνων adiungam Latinè à me redditum.

Ἕσπερε, τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας,
Ἕσπερε, κυανέας ἱερὸν φίλε νυκτὸς ἄγαλμα,
Τόσσον ἀφαυρότερον μήνας, ὅσσον ἔξοχον ἄστρων.
Χαῖρε φίλος. καί μοι ποτὶ ποιμένα κῶμον ἄγοντι
Ἀντὶ σελαναίας τὺ δίδου φάος. ὥνεκα τήνα
Σάμερον ἀρχομένα, τάχιον δύεν. οὐκ ἐπὶ φωρᾶν
Ἔρχομαι, οὐδ' ἵνα νυκτὸς ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω,
Ἀλλ' ἐράω. καλὸν δέ τ' ἐρασσαμένῳ συνερᾶσθαι.

Hoc est,

Hespere, qui Veneris luces iucundior ignis,
Hesperе, qui obscuræ præbes solatia nocti
Tanto aliis, quanto te Cynthia, clarior astris:
Salue, & pastorum conuiuia mista choreis
Dum peto, nocturnum Phœbes vice suffice lumen.
Namque hodie primùm orta, citò occidit. Haud paro furta,
Non à me accipiet nocturnus damna viator.
Verùm amo. Mutuo Amãs est Hespere dignus amore.

In quibus Moschi versibus τὸ κῶμον verti, *Conuiuia mista choreis.* Eâ enim significatione plerumque accipit Pindarus.

32. *Publicarum epularum apparatus.*] δημοθοινίας vocat Aristoteles, fortasse quas Plautus Trinummo, *Cænas populares*, quum in æde sacrâ clientes patronis cænam apparare solent.

33. *Lectisternia deorum, & dies festi, ludi, &c*] Coniungit Apuleius apparatum publicarum epularum,

cum lectisterniis deorum diebus festis, & ludis. quia & dialis cæna ludorum causâ, & publicè ante Iouis sellam in Capitolio fiebat. Valerius Maxim. lib. 2. cap. 1. *Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno & Minerua in sellas ad cœnam inuitabantur: quod genus seueritatis ætas nostra diligentius in Capitolio quàm in suis domibus seruat.* Dio etiam, lib. 39. ἐπειδή τε ἐν τῇ πανηγύρει τῇ τῶν ῥωμαίων οὐδεὶς τῶν βουλευτῶν ἐν τῷ καπιτωλίῳ, ὥσπερ εἴθιστο, εἱστιάθη, ἐν τέρατος λόγῳ καὶ τοῦτο ἔλαβον.

Per Lectisternia verò, intelligit Lectulos & puluinaria diis sterni solita, & ex cõsequenti Epulum. Horatius, ——— *Nunc saliaribus*

Ornare puluinar Deorum
Tempus erat dapibus sodales.

Pag. 410. lin. 1. *Ludi Scenici, ludiq; Circenses.*] Hæc non sunt in Aristotele. Accommodat verò hæc Apuleius ad cõsuetudinem ludorum Romanorum; qui scenicos ludos ad imitationem Græcorum qui Athenis Dionysiaca celebrabant, instituerunt. Agebantur autem apud Romanos Scenici ludi in eâ Theatri parte (vt ait Cassiodorus) quæ inter duo cornua protendebatur. ἱπποδρόμια verò, cum curriculis & equis ad certandum, sed & venationes, in Circo.

Ibid. *Geniis ministratur.*] Genios vocat quos Aristoteles ἥρωας, quos Gentilitas hominum, vrbium, & locorum custodes esse fingebat. Symmachus, *Varios*, inquit, *custodes vrbibus diuina mens distribuit.* Quorum stultitiam ita exagitat Prudentius:

Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis vnum?
Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
Assignare suos Genios? perq; omnia membra

Vrbis

Vrbis perq́; locos geniorum millia multa
Fingere?

Apul. lib. De deo Socratis, etiam Animum cuiusq. Genium siue δαίμονα dici posse ait.

Lin. 2. *Alius libatione profunditur.*] MS. cod. meus legit, *obiis libatione profunditur.* Arist. καὶ χοαὶ κεκμηκότων. Κεκμηκότες siue καμόντες vocantur, κατ' εὐφημισμὸν οἱ τεθνηκότες, quòd nimirum θάνατος sit λυσιμελής. Græcis etiam vocantur eâdem ratione οἰχόμενοι. & ἀποιχόμενοι, οἱ θανόντες. οἴχεσθαι enim significat τὸ ἀπελθεῖν καὶ θανεῖν, καὶ ἀφανίζεσθαι. Vnde & Latinis Decedere, & obire, pro mori. & obitus pro morte, perquàm vsitatè. Videtur itaque Apuleius ad imitationem Græcorum Obios vocare τοὺς οἰχομένους: Quod quidem vocabulum, vt est Latinis auribus insolens: ita ego huic meæ coniecturæ æquos opto Lectores. Erunt fortasse qui pro *obiis* legendum putent *obbis*; atque eo vasis genere mortuis libationem profundi solere censeant, sed frustra. Nam si ita legamus, nullum erit vocabulum quod respondeat τῷ, κεκμηκότων. Quò fit vt omnino ita legendum existimem: *obiis libatio profunditur.* Per Libationem enim quæ profunditur, propriè explicat etymon vocis χοαὶ; quæ Latinis dicuntur *Inferiæ*; quòd nimirum Inferis siue Infernis, id est, τοῖς καταχθονίοις, lac, mel, aquam, vinum meracum inferre atque infundere soleant. quâ de re elegans locus exstat apud Æschylum in Persis. Virg. etiam

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.

Arnob. lib. 6. *Non denique vinum liquens paterarum effusionibus inferamus.* Gloss. vet. χοαὶ, αἱ ἐπὶ τῶν νεκρῶν σπονδαί. & χοὰς ποιῶ, Parento.

5. *Spirantem*

5. *Spirantem Panchais odoribus.*] θυμιάμασι, Incensis, suffitibus è Thure Arabico. Arabia enim, Panchaïa, & Sabæorum gens eadem est; apud quam Thus nascitur. Virg. Georg. 2.

Totaq; thuriferis Panchaïa pinguis arenis.

Et eodem libro — *Panchais adolescunt ignibus aræ*. Plautus etiam Arabicum thus vocat.

6. *Gratè olentibus cænis.*] Vet. cod. *graueolentibus*, βαρυόδμοις. ita enim potius vocandæ cœnæ, ob carnium assarum nidorem, quàm ἡδυόδμοι.

7. *Hymnis, carminibus, & canticis.*] ὕμνοις, ἔπεσι, καὶ ᾄσμασι, & vt Sophocles ait, παιᾶσι: cuius duos versus ab Aristotele ex Oedipo tyranno citatos Apuleius fusius suo more explicauit. Quod verò ante hos Sophoclis versus in Aristotele legitur, σώζει τὸ τοῦ ποιήσαντος ὄντως, non video cur Bud. verterit, *asseruant eum qui obtemperat.* cùm potius velit significare Aristoteles, Varias illas ac diuersas operationes quæ ex vnius legis imperio in vrbe fiunt, probare illud Poëtæ [hoc enim vult per τὸ τοῦ ποιήσαντος] dictum: Πόλις δ' ὁμοῦ, &c. tametsi pro ὄντως, quod est in Aristotele, malim legere οὕτως, hoc sensu, Illud Poëtæ, qui ita scripsit.

ARISTOTELES.

Οὕτως ὑποληπτέον καὶ ἐπὶ τῆς μείζονος πόλεως, λέγω δὴ τοῦδε τοῦ κόσμου. νόμος μὲν γὰρ ἡμῖν ἰσοκλινὴς, ὁ θεὸς, οὐδεμίαν ὑποδεχόμενος διόρθωσιν, ἢ μετάθεσιν. κρείττων δὲ, οἶμαι, καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κύρβεσιν ἀναγεγραμμένων. ἡγουμένου δὴ ἀκινή-

τως αὐτοῦ καὶ ἐμμελῶς, ὁ σύμπας διοικονομεῖται διάκοσμος οὐρανοῦ καὶ γῆς, μεμερισμένος κατὰ τὰς φύσεις πάσας διὰ τῶν οἰκείων σπερμάτων, εἴς τε τὰ φυτὰ καὶ ζῶα, κατὰ γένη τε καὶ εἴδη. καὶ γὰρ ἄμπελοι, καὶ φοίνικες, καὶ περσέαι, συκέαι τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς, τά τε ἄκαρπα μὲν, ἄλλας δὲ παρεχόμενα χρείας, πλάτανοι, καὶ πίτυες, καὶ πύξοι,

Κλήθρη τ', αἴγειρός τε καὶ εὐώδης κυπάρισσος,

αἵ τε καρπὸν ὀπώρης ἡδὺν, ἄλλως δὲ δυσθησαύριστον φέρουσαι,

Ὄχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,

τῶν τε ζώων τά τε ἄγρια καὶ ἥμερα, τά τε ἐν ἀέρι, καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν ὕδατι βοσκόμενα γίνεται, καὶ ἀκμάζει, καὶ φθείρεται, τοῖς τοῦ θεοῦ πειθόμενα θεσμοῖς. πᾶν γὰρ ἑρπετὸν, τὴν γῆν νέμεται, ὥς φησιν Ἡράκλειτος.

APVLEIVS.

Et ad hunc modum res agi in mundo æstimemus. Lex illa, vel gens, ad æquitatis tenorem reducenda sit, nulla indigens correctione mutabili. Quippe sicut Mundi vniuersitas regitur, dum speculatur ad omnia rector eius, atque immutabiliter incumbit, spargiturq; vis illa seminibus inclusa per

per naturas omnium, speciesq́ & genera digesta: sic faciles vîtium lapsus, & palmarum ardua, persicorum robur, leuitas mali gignitur. Sic & quæ Infelicia propter infœcũditatem vocamus, tamen vtilia sunt alio pacto: Platani, vt ait Poëta, vmbras potantibus ministrantes, acuta pinus, rasiles buxi, odora laurus, cupressorum odoratius lignum. Tandem omnium animalium agrestium & cicurum, pinnatarum & pedestrium, aquatilium natura gignitur, nutritur, absumitur, parens cælestibus institutis. πᾶν γὰρ ἑρπετὸν τὴν γῆν νέμεται; *vt Heraclitus ait.*

BVDÆVS.

Hoc idem de vrbe quoque maiore, de hoc inquam mundo, existimare debemus. Deus enim nobis lex est: in omnem illa quidem partem ad æquilibrium vergens, nullam correctionem admittens, nullam varietatem: quippe quæ potior sit illis legibus, & stabilior, quæ in tabulis perscriptæ sunt. Eius enim auspiciis perenniter & compositè præeuntis, vniuersus hic cæli ordo regitur atque administratur, numeros omnes concinnitatis habens: in omneis ipse naturas partitus pro vniuersitate seminum, in ea quæ hærent solo, atque in animantia: quæ etiam suis ipsa generibus formisque distincta sunt. Nam &

vites fiunt & palmæ, & perſeæ, ficique dulces, & oliuæ: vt inquit Poëta. Tum quæ fructus expertes alios vſus præſtant, platani, pinus, buxi, alni, populus etiam nigra & cupreſſus odorata: Tum quæ autumni tempore fructum ſuauem fundunt, ſed conditu difficilem, pyri, punicæ, mali. At verò animantium aliæ feræ ſunt, & aliæ cicures: tum in aëre, tũ humi, tum in aqua victitantes: oriunturque & inualeſcunt, & deinde intereunt, legibus obtemperantes diuinis atque cedentes. Omne enim reptile (vt inquit Heraclitus) terram depaſcitur atque poſſidet.

SCHOLIA.

Lin. 8. *Et ad hunc modum*, &c.] τὸ *Et* παρέλκει. Lege *Ad hunc modum*, &c.

9. *Lex illa, vel gens, ad æquitatis tenorem reducenda ſit, nulla*, &c.] Locus lacer, hiulcus, peſſimeque à ſcribis habitus. MS. cod. meus pro *illa*, legit *eadem*: ſed non agnoſcit τὸ *reducenda*; & eſt omnino putidiſſimum imperiti alicuius monachi gloſſema. qui cùm videret Legem, gentis hoc eſt ciuium eſſe moderatricem; putauit verba hæc, *vel gens ad æquitatis tenorem*, pendêre, neque vllum perfectum ſenſum efficere, niſi adderet, τὸ *reducenda*. cùm neque Latinè ſatis dicatur, *Reducere gentem ad æquitatis tenorem*. & nihil penſi habuit quopacto hæc cum præcedentibus, & cum ſenſu Apuleij, atque adeo ipſius Ariſtotelis conuenirent. Vult autem declarare Ariſtoteles,

teles, Deum in Mundo eandem rationem obtinere, quam Lex in ciuitate, quam antea dixit ſemel promulgatam, eſſe perpetuis obſeruationum rationibus fixam, atque immutabilem, quod Ariſtoteles dixit ἀκίνητος ὤν. Hoc verò loco Ariſtoteles docet, Deum etiam in toto vniuerſo obtinere rationem Legis; quæ, vt ipſe loquitur, ſit ἰσοκλινὴς καὶ μηδεμίαν ὑποδεχομένη διόρθωσιν, ἢ μετάθεσιν. quod idem eſt atque id quod paulo antè dixerat, de Lege ciuitatis, quod ſit ἀκίνητος. Mihi itaque diligentius & Ariſtotelis & Apuleij verba expendenti, facillima vnius literæ mutatione totius loci emendatio in mentem venit. Neque enim dubito quin pro eo quod in omnibus editionibus, atque adeò etiam in MS. cod. meo legitur *vel gens*, legendum ſit vnica dictione *vergens*. vt Apuleius τὸ, ἰσοκλινὲς eleganter admodum & perquam propriè verterit *vergens ad æquitatis tenorem*. Quid enim aliud eſt ἰσοκλινὴς, quàm ἰσόῤῥοπος; Et ἰσοτάλαντος, id eſt, Æquilibris, à ῥέπω, quod ſignificat *Vergo*. vnde ῥοπὴ incrementum in libra? Rectè enim Gloſſ. vet. interpretatur ῥοπὴν, ἐπὶ ὥρας, Momentum. ῥοπὴν, ἐπὶ ζυγοῦ, Incrementum. Ἰσοκλινὲς itaque eſt quod vergit ad æquitatis tenorem, hoc eſt, æquilibrium. Totum itaque locum ita meo periculo lege, *Lex eadem* [ita enim habet MS. cod. non *illa*] *vergens ad æquitatis tenorem, ſit Deus, nulla indigens correctione mutabili.* Exclamarem aliquid νεανικῶς non citra exemplum reſtituto hoc loco, niſi iam eſſem πολιοκρόταφος.

Ariſtoteles interim vim illam diuinam per naturas omnium, ſpeciesque & genera digeſtam, longè firmiorem immutabilioremque facit Lege politicâ,

 inquiens:

inquiens: *κρείττων δ' οἶμαι καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κύρβεσιν ἀναγεγραμμένων.* quod in Apuleij verſione omiſſum, Budæus ita interpretatur: *quippe quæ potior ſit illis legibus & ſtabilior, quæ in tabulis perſcriptæ ſunt.* *Κύρβεις* enim, vt docet Harpocration ex Apollodoro, ſignificat omnem publicam ſcripturam,& Leges. *ὅτι ἀρχαῖοι λίθους ἱστάντες, τὸ δόξαν ἀναγράφοντες, τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς στάσεων στήλας, ἀπὸ δὲ τῆς εἰς ὕψος ἀναβάσεως κύρβεις ἐκάλουν.* nimirum *παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος ἀνατεταμένον.* Has *κύρβεις* alij ligneas, alij æneas fuiſſe volunt. De quibus ita Ariſtoteles in Republica Athenienſium, *ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τοὺς κύρβεις, ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ.* Plato in Minoë *γραμματεῖον χαλκοῦν* vocat Tabulam legum. Erant verò etiam Solonis leges ſcriptæ *ἐν ἄξοσι ξυλίνοις*, qui Axes quadrangulari figura erant. interdum etiam triangulari,vt teſtatur ex Polemone Harpocration.

12. *Spargiturq́ue vis illa ſeminibus incluſa per naturas omnium.*] Ariſtoteles *μεμερισμένος κατὰ τὰς φύσεις πάσας διὰ τῶν οἰκείων σπερμάτων.* Bud. ſententiam per ſe claram offuſcat, vertens, *in omnes ipſe naturas partitus pro vniuerſitate ſeminum.* & *τὰ φυτὰ*, id eſt, plantas, interpretans, *ea quæ hærent ſolo.* Præclarè verò in hanc ſententiam Virgilius Æneid. lib. 6.

Principio cælum ac terram, campoſq́ue liquentes
Lucentemq́ue globum Lunæ, Titaniaq́ue aſtra
Spiritus intus alit: totamq́ue infuſa per artus
Mens agitat molem; & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominũ, pecudumq́ue genus, vitæq́ue volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo
Seminibus, &c.

14. *Faciles*

14. *Faciles vitium lapſus.*] Quemadmodum ſolemne eſt Apuleio iis quæ ſimpliciter ab Ariſtotele ſunt enuntiata ornatum verborum addere: ita hic ſingulis plantis aptiſſima Epitheta tribuit, quibus earum naturam proprietatemque elegantiſſimè explicat. Per Lapſus vitium, ἕλικας deſcribit; Vitruuius volutas appellat, quòd nimirum vitis capreolis ſuis ſeſe aduoluat implicetque propinquis plantis, atque ita ſe ipſam naturâ caducam erigat & ſuſtentet: quales etiam ἕλικας Theocritus Hederæ tribuit, & Dioſcorides phaſeolorum cirros ſiue clauiculas, Helicas vocauit.

Ibid. *palmarum ardua.*] τὸ ὄρθιον καὶ ἄναντες. quod eleganter explicat Dionyſius, Ἀκρόκομοι φοίνικες ἐπηρεφέες πεφύασι. Id eſt, *Illic naſcuntur palmæ capita alta comantes.* Ἀκρόκομοι verò vocantur, ὡς οὐ κάτωθεν, ἀλλ' ἐν ἄκρῳ ἄνω κομῶντες. quâ ipſa ratione etiam ἐπηρεφέες, dicuntur, vt nimirum ἐπικλίνοντες τοὺς κλάδους εἰς ὄροφον. quod & Plinius lib. 13. cap.4. probat; *Coma*, inquiens, *omnis in cacumine eſt:* de Palma loquens. Rectè itaque vertit Apuleius, Palmarum ardua. Homerus Ιλ. δ. Thracas vocat ἀκροκόμους, id eſt, ἐν ἄκρῳ τῆς κεφαλῆς κομῶντας.

15. *Perſicorum robur.*] Legendum omnino, *tuber*, qui conuenit Perſicis.

Ibid. *Leuitas mali.*] λειότης. vnde & λειόφυλλα quæ ſunt leuibus non aſperis foliis, λειόφλοια, leui cortice, λειόστρακα leui non ſcabra teſta.

Ibid. *Sic & quæ.*] Lege ex vet. membranis, *dulcitas fici, & quæ*, &c. reſpondet enim hoc verbis Ariſtotelis, συκέαι τε γλυκεραί.

Ibid. *Et quæ infelicia propter infœcunditatem vocamus.*]

mus.] ἀρχαϊκῶς *infelicia* vocauit Apul. quæ Aristotel. ἄκαρπα. Infelices arbores dixit Cato quæ fructum non ferunt: felices quæ ferunt. Plinius lib. 16. cap. 26. *Infelices arbores existimantur, damnatæq́ religione quæ neque seruntur vnquam, neque fructum ferunt.* Macrobius infelices arbores eas vocat quæ sunt in tutela deorum inferorum & auertentium. de quibus vide Adr. Turneb. Aduers. lib. 18. cap. 4. Inter infelices arbores quas recenset Arist. potest etiam censeri Salix, quam Homer. ὠλεσίκαρπον vocat, ὅτι ἀποβάλλει τὸ ἄνθος πρὶν πεπανθῆναι, ait Eustathius quam etiam Plinius eam ob causam Frugiperdam vocat, *Ocyßimè enim*, vt eius verbis vtar, *amittit semen, antequam omnino maturitatem senserit.*

17. *Platani, vt ait poëta, vmbras pot. minist.*] Platano nullum addidit epitheton Apul. quod etymon nominis eius naturam satis indicet, διὰ τὸ πλάτος ita dictam, quòd ramos suos latè explicet. Virgilius Georg. 4.

Iamq́ ministrantem platanum potantibus vmbram.

Nicander Theriac. eam θερειλεχέα vocat, quòd æstate commodè sub ea cubetur.

Αρκεῦθος, σφαίρωντε θερειλεχέος πλατάνοιο.

18. *Acuta pinus.*] Putarim non malè dici posse pinum acutam, id est, πικρὰν: vnde & ἐχεπευκὲς dicitur, τὸ ἔχον οἷόν τινα πεύκης πικρίαν. Nam vti Eustath. in Hom. ait, πικρὸν ἐστι πεύκης τὸ δάκρυον. ὅθεν ἴσως καὶ τὸ πικρὸν πευκέδανον ὠνόμασαι. aut alioqui quòd sit arbor ramis acuminatis.

Ibid. *rasiles buxi.*] Virgil. Georg. 2.

Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum.

Ibid. *Odora laurus.*] Oppianus ἀλιδατ' δ.

— Μύρτων

——— Μύρτων ἢ δάφνης εὐώδης.

21 *Parens cæleſtibus inſtitutis.*] M S. cod. addit, *menſa.* & poſt Græca Heracliti verba (neque enim ea vertit Apuleius) habet idem cod. *eſſe tenos ſabyti vt Heraclitus ait.* quæ ideò adſcripſi, vt integrum cuiq. ſit ex iis aliquid diuinare. quod quidem mihi nec libet nec vacat. Budæus, illud Heracliti πᾶν γὰρ ἑρπετὸν τὴν γῆν νέμεται, vertit, *Omne enim reptile terram depaſcit atque poßidet.* At ἑρπετὸν non reptile tantùm, quod de ſerpentibus propriè dicitur, ſignificat, ſed ζῶον ſimpliciter. Callimachus Hymno in Iouem deſcribens locum vbi Rhea Iouem peperit, ait

— οὐδέ τι μιν κεχρημένον εἰληθυίης
ἑρπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπινίσσεται.

vbi Scholiaſtes τὸ ἑρπετὸν interpretatur πᾶν ζῶον. Baſilius etiam natatilia omnia, vt piſces & alia quæ in aquis degunt, ἑρπετὰ vocauit.

ΚΕΦΑΛ. ζ.

Περὶ τῶν τοῦ θεοῦ ὀνομάτων.

ΕΙΣ δὲ ὤν, πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν, ἅπερ αὐτὸς νεοχμεῖ. καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ Ζῆνα καὶ Δία παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν, ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν, δι' ὃν ζῶμεν· κρόνου δὲ καὶ χρόνου λέγεται, διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα· ἀστραπαῖός τε, καὶ βρονταῖος, καὶ αἴθριος, καὶ αἰθέριος, κεραύνιός τε, καὶ ὑέτιος, ἀπὸ τῶν ὑετῶν, καὶ κεραυνῶν, καὶ τῶν ἄλλων

καλεῖται. καὶ μὲν ἐπικάρπιος μὲν, ἀπὸ τῶν καρπῶν, πολιεὺς δὲ, ἀπὸ τῶν πόλεων ὀνομάζεται, γενέθλιός τε, καὶ ἑρκεῖος, καὶ ὁμόγνιος, καὶ πάτριος, ἀπὸ τῆς πρὸς ταῦτα κοινωνίας· ἑταιρεῖός τε καὶ φίλιος, καὶ ξένιος, καὶ στράτιος, καὶ τροπαιοῦχος, καθάρσιός τε, καὶ παλαμναῖος, καὶ ἱκέσιος, καὶ μειλίχιος, ὥσπερ οἱ ποιηταὶ λέγουσι, σωτήρ τε καὶ ἐλευθέριος ἐτύμως. ὡς δὲ τὸ πᾶν εἰπεῖν, οὐράνιός τε, καὶ χθόνιος, πάσης ἐπώνυμος ὢν φύσεώς τε καὶ τύχης, ἅτε πάντων αὐτὸς αἴτιος ὤν. διὸ καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς οὐ κακῶς λέγεται ἃ λέγεται.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος·
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα. Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων, Ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντου ῥίζα. Ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεύς. Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
Πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάος ἐς πολυγηθὲς
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

CAPVT

CAPVT VII.

APVLEIVS.

ET cùm ſit vnus, pluribus nominibus cietur, propter ſpecierum multitudinem, quarum diuerſitate ſit multiformis. & à iuuandis ſuis Iupiter dicitur, quem ζῆνα Græci, quòd vitæ noſtræ auctor ſit, rectiſsimè appellant: Fulgurator, & Tonitrualis, & Fulminator, & iam Imbricitor, & item dicitur Serenator. & plures eum Frugiferum vocant, multi Vrbis cuſtodem, alij Hoſpitalem, Amicaléмque: & omnium officiorum nominibus appellantes: & multo plura eiuſmodi apud aruſpices & Romanos veteres inuenies. Orpheus verò hanc effari poteſtatem volens, his de eo verbis canit:

Primus cunctorum eſt, & Iupiter vltimus idem,
Iupiter & caput, & medium eſt. Sunt ex Ioue
    cuncta.
Iupiter eſt terræ baſis, & ſtellantis Olympi.
Iupiter & mas eſt, eſtq. idem nympha perennis.
Spiritus eſt cunctis, validuſque eſt Iupiter ignis.
Iupiter eſt pelagi radix; eſt Lunaque, Solque,
Cunctorũ rex eſt, princepſque & originis auctor.
Namque ſinu occultans, dulces in luminis auras
Cuncta tulit, ſacro verſans ſub pectore curas.

BVDÆVS.

VNVS porrò Deus cùm ſit, pluribus nominibus appellatus eſt: ab iis vtique ſuis omnibus

nibus effectibus denominatus, quorum ſpecimen edere ipſe ſolet. Atque eum quidem tum Ζῶα, tum Δία vocant, inter ſe compoſitis vtentes nominibus, atque è regione collocatis: tanquam duabus his vocibus ſignificare velint, Per quem viuimus. Is Crono: id eſt, Saturno, & Chrono: id eſt, tempore ortus eſſe dicitur: nimirum ab æuo ſempiterno ad alterum æuum pertinens. Vocatur & Fulgurator, & Altitonans, & Ætherius, & Fulminator, & Pluuius, à pluuiis vtique & fulminibus, aliiſque operibus è quibus vocabula ipſa deducta ſunt. Quin & Frugipotens, & Cuſtos vrbium vocitatur, & Natalitius, Septitius, Cortalis, Gentilitius & Patrius: videlicet à communione quæ diuino ipſi numini iis cum rebus intercedit. Ad hæc Sodalitius & amicitiæ præſes, tum Hoſpitalis, Caſtrenſis, Trophæalis, Expiator, Sanguinarius, & ſupplex & placabilis, vt poëtæ loquuntur: denique Seruator dicitur & Aſſertor: & vt ſemel omnia complectar, Cæleſtis & terrenus: ab omni natura ſorteq. nomen adeptus, vtpote qui omnium rerum auctor ſit. Quamobrem quæ de ipſo in Orphicis carminibus dicta ſunt, haudquaquam perperam dicta ſunt.

SCHO-

SCHOLIA.

Lin. 25. *A iuuandis ſuis Iupiter dicitur.*] Vet. cod. *à iuuando, &c.* nimirum quaſi *iuuans pater.* vt Dieſpiter, diei pater, & Lucetius, vt auctor Lucis. Ariſtoteles, *καλοῦσιν αὐτὸν καὶ ζῆνα καὶ δία.* Ζῆνα quidem tanquam *ζωῆς χορηγὸν*, id eſt, Vitæ datorem. Δία, quaſi per omnia ſe porrigentem *διὰ πάντων φοιτῶντα.* Nam vt Iupiter eſt Mens & anima vniuerſi, ita accipitur pro aëre, æthere, Sole & cælo. Ita Herodotus auctor eſt Perſas vocare Δία, totum orbem cæli. Quod verò Ariſtoteles addit, *παραλλήλως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασι*, Bud. vertit, *inter ſe compoſitis vtentes nominibus, atque è regione collocatis.* breuius & ſignificantius vertas, *idem ſignificantibus.* *παράλληλα* enim idem ſunt, quod *συνώνυμα.*

26. *Rectiſsimè appellant.*] In MS. cod. hæc adduntur: *Saturnum etiam κρόνον, quaſi χρόνον quendam, inceptum ab origine, interminum ad finem Tempus appellant.* quæ Ariſtoteles ita: *Χρόνος δὲ καὶ χρόνος λέγεται, διήκων ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα.* vtrobique minus, meo iudicio, rectè. Nam & hîc malim legere *κρόνιος δὲ καὶ χρόνιος*, quæ ſunt appellationes Iouis; & illic, *Saturnium etiam, κρόνιον, quaſi χρόνιον quendam, &c.* τοῦ κρόνου nimirum, ἤτοι τοῦ χρόνου, vt ait Photius Patriarcha, *ἕκαστα διακείναντος, καὶ τῶν γεννηθέντων ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα μίξεως ζωογονοῦντος.* Atqui nominis *κρόνου* etymon Scholiaſtes in Heſiodi Theogonia deducit *ἀπὸ τοῦ κεραῖν, καὶ κιρνᾶν ἕκαστα τῶν γενεθλιωμάτων, καὶ μίξαι τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι.* Quod verò in MS. cod. legitur, *inceptum ab origine*, malim legere *ob inceptum, &c.*

27. *Et iam imbricitor.*]Legendum omnino, *etiam.* Imbricitor verò eſt, ciens imbres, aliâs Pluuius, qui Ariſtoteli ὑέτιος dicitur, aliis ὄμβειος, cui apud Parnethem ſacra fiebant. Vnde & Nilus à poëtis dicitur ζεὺς αἰγύπτιος, quòd Nilus loco Pluuiæ Ægyptum riget. quâ ratione etiam Pindarus Nilum Saturnium vocat in Pythiis ita dicens:

Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος κρονίδα,

vbi Scholiaſtes: *κρονίδην, τὸν νεῖλον φησίν. ἀναλογεῖ γὰρ τοῖς τοῦ διὸς ὄμβροις τὸ τοῦ νείλου ὕδωρ.*

28. *Serenator.*] Ariſt. αἴθριος καὶ αἰθέριος. αἴθειος vel qui ſerenitatem inducit (αἴθρη enim, ſiue αἰθρία, eſt εὐδία. Virg. Æneid. 3.

—Nec lucidus æthra ſyderea potus.

vnde & Boreas αἰθρηγενέτης dicitur, id eſt ſerenator.) vel inducens frigus. αἶθρος enim maſcul. pruinam matutinam, & inde frigus ſignificat, Horat.

—Sub Ioue frigido. Αἰθέριος verò, Ætherem ſiue Olympum inhabitans.

29. *Vrbis cuſtodem.*] Ariſtotel. πολιέα vocat. Ita & Pallas πολιὰς & πολιοῦχος dicitur.

Ibid. *Hoſpitalem, Amicalémque.*] Ariſt. ἑταιρεῖός τε καὶ φίλιος, καὶ ξένιος. Virgil.

Iupiter, Hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

30. *Omnium officiorum nominibus appellantes.*] MS. codex meus, addit his, *militaris, & triumphator, & propagator, & tropæophorus.* quibus reſpondent illa Ariſtotelis, στράτιος καὶ τροπαιοῦχος, γενέθλιος.

Ibid. *Et multò plura eiuſmodi.*] Plura recenſet Ariſtoteles, è quibus quæ paulò ſunt obſcuriora explicabo. ἕρκειος dictus Iupiter, quòd illi aræ ſtruerentur intra aulam domus. Aula enim eſt pars do-

mus

mus ſubdialis muro cincta, in qua porta domus exterior. Dicta αὐλὴ, ἀπὸ τοῦ ἄω, id eſt, ſpiro: quòd ſit peruia ventis. Virg. *– illa ſe, iactet in aula Æolus.* Murus verò aulam cingens, ἕρκος dicitur, hoc eſt, περίβολον ac veluti ſeptum domus. Non malè dici poſſit ἑρκεῖος Ζεὺς, Tutelaris & φύλαξ τοῦ οἴκου. Euſtath. ἕρκειος Ζεὺς ἐλέγετο παρὰ τὸ ζωτηρεῖν πάντας τοὺς ἐν τῷ αὐτῷ ἕρκει κατοικοῦντας. Sophocles etiam per ἕρκειον Δία ſignificat τοὺς ἐν οἴκῳ πάντας. Budæus neſcio quo auctore *Septitium & Cortalem* Iouem vocat; vt & παλαμναῖον, *Sanguinarium.* cùm παλαμναῖος ſit, vindex eorum qui ſibi ipſis manus inferunt. ἱκέσιος, Bud. *ſupplex,* imò Supplicum præſes. dicitur enim ἱκέσιος per ſyncopen pro ἱκετήσιος, id eſt, τῶν ἱκετῶν ἔφορος. tametſi etiam ὁμωνύμως dicitur ἱκέτης; tam ὁ ἱκετεύσας, quàm ὁ τὸν ἱκέτην ὑποδεξάμενος.

Μειλίχιος.] Phornutus: προσαγορεύουσι δὲ καὶ μειλίχιον τὸν Δία, δυσμείλικτον ὄντα τοῖς ἐξ ἀδικίας μεταπιθεμένοις. Placatur enim Iupiter precibus & ſacrificiis, vt Homerus eleganter deſcribit.

Pluto verò dicitur ἀμείλιχος, Implacabilis & Inexorabilis. Horat. Illachrymabilem vocat:

Non ſi tricenis, quotquot eunt dies
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris.

Plutarch. περὶ ἀοργησίας Iouem μειλίχιον dictum vult, quòd placabilitas & clemētia maximè deceat principes. Sunt qui & Iouem μηλίχιον fingunt, cui nullum animal, ſed tantùm poma ſacrificabantur.

31. *Orpheus verò hanc effari poteſtatem volens.*] Prætermiſſa ſunt quædam in Apuleij verſione, quibus Ariſtoteles ſummatim hùc de Iouis πολυωνυμίᾳ tracta-

tractatum concludens: ita inquit: *ὡς δὲ τὸ πᾶν εἰπεῖν, οὐράνιός τε καὶ χθόνιος, πάσης ἐπώνυμος ὢν φύσεώς τε καὶ τύχης, ἅτε πάντων αὐτὸς αἴτιος ὤν.* In quam ſententiam operæprecium putaui ſi adſcriberem quæ Seneca lib. Natural. Quæſt. 2. cap. 45. ſcribit his verbis: *Eundem quem nos Iouem intelligunt,* (de viris altiſſimis, hoc eſt, qui altiſſima ſcrutati ſunt, loquens) *cuſtodem rectoremq́ue vniuerſi animum ac ſpiritum, mundani huius operis dominum & artificem, cui nomen omne conuenit. Vis illum fatum vocare? non errabis. hic eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia, ex quo ſunt omnes cauſæ creaturarum. Vis illum Prouidentiam dicere? Rectè dices. Eſt enim cuius conſilio huic mundo prouidetur, vt inconcuſſus eat, & actus ſuos explicet. Vis illum Naturam vocare? non peccabis. Eſt enim ex quo nata ſunt omnia, cuius ſpiritu viuimus. Vis illum vocare Mundum? non fallêris. Ipſe enim eſt totum quod vides, totus ſuis partibus inditus, & ſe ſuſtinens vi ſua.* Quæ quidem Senecæ verba magnam lucem & huic Orphei Philoſophiæ & Ariſtoteli adferunt.

ARISTOTELES.

Οἶμαι δὲ καὶ τὴν Ἀνάγκην οὐκ ἄλλο τι λέγεσθαι πλὴν τοῦτον, οἱονεὶ ἀνίκητον οὐσίαν ὄντα. Εἱμαρμένην δὲ, διὰ τὸ εἴρειν τε καὶ χωρεῖν ἀκωλύτως. Πεπρωμένην δὲ, διὰ τὸ πεπερατῶσθαι πάντα, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς οὖσιν ἄπειρον εἶναι. καὶ Μοίρας μὲν, ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι. Νέμεσιν δὲ, ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως. Ἀδράστειαν δὲ, ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν

κατὰ φύ-

Κατὰ φύσιν, Αἶσαν δὲ, ἀεὶ οὖσαν. τά τε περὶ τὰς Μοίρας καὶ τὸν ἄτρακτον, εἰς τοῦτό πως νεύει. τρεῖς μὲν γὰρ αἱ Μοῖραι κατὰ τοὺς χρόνους μεμερισμέναι. νῆμα δὲ ἀτράκτου, τὸ μὲν, ἐξειργασμένον, τὸ δὲ, μέλλον, τὸ δὲ, περιστρεφόμενον. τέτακται δὲ κατὰ μὲν τὸ γεγονὸς, μία τῶν Μοιρῶν Ἄτροπος, ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα, ἄτρεπτά ἐστι· κατὰ δὲ τὸ μέλλον, Λάχεσις, εἰς πάντα γὰρ ἡ κατὰ φύσιν μένει λῆξις. κατὰ δὲ τὸ ἐνεστὼς, Κλωθὼ, συμπεραίνουσά τε καὶ κλώθουσα ἑκάστῳ τὰ οἰκεῖα. περαίνεται δὲ καὶ ὁ μῦθος οὐκ ἀτάκτως. ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶν, οὐκ ἄλλό τι πλὴν ὁ θεός. καθάπερ καὶ ὁ γενναῖος Πλάτων φησίν. ὁ μὲν δὴ θεὸς ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεία περαίνει κατὰ φύσιν πορευόμενος. τῷ δὲ, ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρὸς, ἧς ὁ εὐδαιμονήσειν μέλλων, μακάριός τε καὶ εὐδαίμων, ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς μέτοχος εἴη.

ΤΕΛΟΣ.

APVLEIVS.

FATVM *autem quod Græci* εἱμαρμένην, *tractu quodam inuicē causarum se continentium, volunt dici decretum. idem* πεπρωμένην *dicunt, quòd*

omnia in hoc statu rerum, definita sint, nec sit in hoc mundo aliquid interminatum. Idem Fatum μοῖραν vocant, quòd ex partibus constet. hinc νέμεσιν, quòd vnicuique attributio sua sit adscripta, ac pacti eadem rerum ineffugibilis necessitas vltionis. Sed tria Fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spacia: & quod nondum colo tractum est, subactumq́ cura digitorum, id futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Hæc illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit. vt sit Atropos, præteriti temporis fatum: Lachesis à fine cognominata, quod etiam illis quæ futura sunt, finem suum Deus dederit: Clotho præsentis tēporis habet curam, vt ipsis actionibus suadeat, ne cura solers rebus omnibus desit. Deum verò ire per omnes terras, non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis hæc verba: Deus namque, inquit, sicut & vera continet ratio, principia, fines, & media rerum omnium penetrat, atque illustrando cursu volucri superfertur. Eundem Deum vltrix Necessitas semper & vbique comitatur; eorum qui à sacra lege discesserint, Vindex futura. quam faciet ille mitificam, qui statim à tenero

& ipſis incunabulis intellexit, & extimuit, eiq́; ſe totum dedit atque permiſit.

BVDÆVS.

EQVIDEM neceſſitatem ipſam etiam nihil aliud quàm Deum dici cenſuerim & intelligi: cui Anance ex ea nomen eſt, quòd natura quædam ſit immobilis. Eundemq́ue Imarmenen: id eſt, fatum, dictum à ſerie rerum conſerta, inoffenſoq́ue tenore procedente, quod alio nomine Pepromenen ideo appellauerunt, quòd ab eo omnia terminata ſunt, ac nihil in rerum natura infinitum eſt. Quin & Mœren: id eſt, Sortem, appellatum eundem Deum à partitione rerum dixerim: & Nemeſin, quaſi poteſtatem diuinam, eius quod viſum eſt cuique diſtributricem: Adraſtiam etiam, quaſi cauſam quandam natura comparatam, quam fallere nemo queat aut vitare. Æſan denique dictum, quaſi ſemper exiſtentem. Iam quod de Parcis, & de fuſo proditum eſt earum, eôdem id etiam quodammodo pertinet. Siquidem tres Parcas priſci tria in tempora partiti ſunt: filumq́ue fuſi partim iam peractum, partim futurum, partim iam intorqueri dixerũt: earum vnam ſtatuentes in eo quod iam profligatum eſt: quam Atropon ideo nuncuparunt, quoniam

ea quæ iam præteriêre, retrorſus agi nequeunt. At Lacheſis functio futuris deſtinata eſt: omnium enim quæ ſecundum naturam ſunt, ſors ſua quodque manet. Præſentibus autem rebus aut inſtantibus Clothus operæ attributa eſt, quæ netu vnicuique conficit quod ſuum eſt. Hocque fabulamentum rectè atque ordine compoſitum eſt. Proinde hæc omnia nõ aliud quicquam quàm Deum eſſe, planum eſt, vt eximius Plato cenſuit. Enimuerò Deus (vt eſt vetuſto verbo proditum) principium & finem, & media rerum omnium tenens, rectaque linea incedens, operatur ille quidem ſecundum naturam, è veſtigio comitem habens iuſtitiæ præſidem, quam Dicen nominauerunt, diuinæ legis vindicem, ſimul vt quicquam ſanctionum eius prætermiſſum eſt. Cuius vt ſit particeps numinis, iam inde oportet ab initio, qui ad vitam beatam euaſurus eſt atque fœlicem.

SCHOLIA.

Pag. 411. lin. 18. *Εἱμαρμένην tractu quodam cauſarum.*] Legendum omnino *à tractu*, &c. hoc eſt à ſeriè & connexione quadam cauſarum inter ſe. quam quidem connexionem & cohærẽtiam Græci εἱρμὸν vocant. à quâ voce rectius deducit Apuleius εἱμαρμένην, quàm alij à *μείζω, μερῶ, μέμαρκα, μέμαρμαι.* ab-

μαι. abiecto verò μ, & pleonasmo literæ ἰῶτα εἵρμαι.

20. *Idem πεπρωμένην dicunt.*] Alij dictam censent πεπρωμένην, τύχην τὴν τὸ πέρας τοῦ βίου ὁρίζουσαν καὶ περατοῦσαν. Homerus,

> Ζεὺς μὲν τοῦτ' οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
> ὁπποτέρῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

Apuleius inde dictam vult; quòd omnia sint in hoc mundo *definita*, hoc est, πεπερατωμένα.

22. *Fatum μοῖραν vocant, quòd ex partibus constet.*] vel παρὰ τὸ μεμερίσθαι ἑκάστῳ.

23. *Ac pacti eadem rerum ineffugibilis necess. vltionis.*] Itáne hic plana omnia, vt neminem offendant? At certè fefellit hoc loco turpiter ineptum (quisquis ille fuit) scribam, Græca vox Latinis literis exarata fortassis (nam in meo cod. M S. idem quod in vulgatis editionibus monstrum errati exstat) hoc pacto: ADPACTIA. vbi litera Græca RHO, P Latinum præ se fert; Sigma verò, quod hac nota C veteres notabant, præ se fert Latinum C. Legit itaque ille, *ac pacti eadem* pro, *adrastea eadem*. Nam ita omnino legendum esse, vel ipsa Aristotelis verba euincunt: quo magis miror hoc aliorum ἀγχίνοιαν fugisse. Ἀδράστειαν verò alij synonymon faciunt cum Nemesi; alij epitheton. Strabo Adrasteam dictam fuisse Nemesim auctor est, ab Adrasto qui illi primus fanum dicauit. cui rei probandæ adfert hos Antimachi versus:

> Ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα
> Πρὸς μακάρων ἔλαχε. βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
> Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,
> Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

Alij hunc Adrastum Antimachi, tanquam auctorem nominis Adrasteæ non agnoscunt. sed dictam volunt Nemesin Ἀδράστειαν, διὰ τὸ τῆς θείας δίκης ἀναπόδραστον, ἤτοι ἄφυκτον. quod Apul. optimè explicat, definiens Adrasteam, Ineffugibilem necessitatem vltionis. μηδὲν γὰρ αὐτὴν ἀποδιδράσκει.

25 *Tria fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens.*] hoc est, rationi tẽporis tripartiti correspondens. Arist. τρεῖς μὲν γὰρ αἱ μοῖραι, κατὰ τοὺς χρόνους μεμερισμέναι. malim legere, κατὰ τρεῖς χρόνους, &c. vt per ternarium temporum numerum intelligatur, Præteritum, præsens, & futurum tempus. quæ ratio trium temporum optimè quadrat cum tribus fatis siue Parcis quas illis præesse fingunt poëtæ. quod ipsum breuiter ab Aristotele dictum, Apuleius fusiùs ornatiusque suo more explicat.

28. *Quòd torquetur in digitis.*] Præpositio *in* videtur παρέλκειν: Nam quod hîc dicit *Torqueri digitis*; id paulò pòst dicit, *Subigi curâ digitorum*.

29. *Quod nondum colo tractum est.*] Legendum omnino, *ex colo tractum*, vel colo extractum est.

32. *Vt sit Atropos præteriti temporis fatum.*] Ratio nominis Atropos eiusque proprietas explicata ab Aristotele his verbis ἐπεὶ τὰ παρελθόντα πάντα ἄτρεπτά ἐστι, in Apuleio est prætermissa, hæc nimirum: Omnia enim præterita reuocari, infectaque fieri nequeunt. Orpheo hac ratione Parcæ vocantur ἀμετάτροποι. Plato & Plotinus eas faciunt Necessitatis filias, Librarias superûm, Archiuique custodes.

Pag. 412. lin. 8. *Cursu volucri superfertur.*] Lege cum MS. codice, *curru volucri*, πτερόεντι.

Lin. 9. *Vltrix necessitas.*] Aristot. τῷ δὲ ἀεὶ συνέπεται δίκη.

δίκη. Ita Pindarus Iustitiam Ioui assidentem facit, inquiens σώτειρα Διὸς πάρεδρος θέμις.

Atq. hæc quidem Aristoteles Deo nomina tribuit, è variis effectibus, quorum ipse vnus atque idem existens auctor est, petita. Rectè verò diuinus ille Dionysius, De diuinis nominibus dicturus, ait nobis Christianis οὐ τολμητέον καθόλου εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαι περὶ τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος παρὰ τὰ θειωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα. quod ipsum etiam posteà repetit, asserens, πολλοὺς τῶν θεολόγων, οὐ μόνον ὡς ἀόρατον τὴν θεότητα καὶ ἀπερίληπτον ὑμνηκότας, ἀλλὰ καὶ ἀνεξερεύνητον ἅμα καὶ ἀνεξιχνίαστον, ὡς οὐκ ὄντος ἴχνους οὐδενὸς, τῶν ἐπὶ τὴν κρυφίαν αὐτῆς ἀπειρίαν διεληλυθότων. Hinc factum est, vt veteribus Theologis maximè placuerit appellare Deum, κρύφιον, & ἀνώνυμον, καὶ ἐκ παντὸς ὀνόματος, siue ἀκατονόμαστον. & potius ex ipsius Dei oraculo, dicendum esse ipsius nomen θαυμαστὸν: quòd nimirum sit ὑπὲρ πᾶν ὄνομα καὶ ἀνώνυμον, τὸ παντὸς ὑπεριδρυμένον ὀνόματος ὀνομαζομένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι. At verò si verbis explicare velimus diuini numinis vim atque potestatem, tum verò est reuera πολυώνυμος. Est enim (vt idem Dionysius scribit) & vocatur Deus, ὁ ὢν, ἡ ζωὴ, τὸ φῶς, ἡ ἀλήθεια. καὶ ὅταν αὐτὸν τῶν πάντων αἴτιον οἱ θεόσοφοι πολυωνύμως ἐκ πάντων τῶν αἰτιατῶν ὑμνῶσιν, ὡς ἀγαθὸν, ὡς καλὸν, ὡς σοφὸν, ὡς ἀγαπητὸν, ὡς θεὸν θεῶν, ὡς κύριον κυρίων, ὡς ἅγιον ἁγίων, ὡς αἰώνιον, ὡς ὄντα, καὶ ὡς αἰώνων αἴτιον, ὡς ζωῆς χορηγὸν, ὡς σοφίαν, ὡς νοῦν, ὡς λόγον, ὡς γνώστην, ὡς ὑπερέχοντα πάντας τοὺς θησαυροὺς ἁπάσης γνώσεως, ὡς δύναμιν, ὡς δυνάστην, ὡς βασιλέα τῶν βασιλευόντων, ὡς παλαιὸν ἡμερῶν, ὡς ἀγήρω, καὶ ἀναλλοίωτον, ὡς σωτηρίαν, ὡς δικαιοσύνην, ὡς ἁγιασμὸν, ὡς ἀπολύτρωσιν, ὡς ἐν μεγέθει πάντων

ὑπερέχοντα, καὶ ὡς ἐν αὔρᾳ λεπτῇ. καὶ γε καὶ ἐν νόοις αὐτὸν εἶναι φασὶ, καὶ ἐν ψυχαῖς καὶ ἐν σώμασι, καὶ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐν γῇ, καὶ ἅμα ἐν ταυτῷ. Τὸν αὐτὸν, ἐγκόσμιον, περικόσμιον, ὑπερκόσμιον, ὑπερουράνιον, ὑπερούσιον, ἥλιον, ἀστέρα, πῦρ, ὕδωρ, πνεῦμα, δρόσον, νεφέλην, αὐτόλιθον, καὶ πέτραν, πάντα τὰ ὄντα, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων. Sed cùm De diuinorum nominum distinctione accuratissimè scripserit Ioan. Damascenus, operæprecium fuerit paucula quædam è cap. 13. lib. primi περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως coronidis loco adiicere. Ille itaque vbi primum vocasset Deum ἀκατάληπτον καὶ ἀκατανόμαστον, quòd nimirum natura omnem naturam superans ab homine neque perfectè cognosci, neque aptis nominibus explicari possit; placitum tamen fuisse Deo ob ineffabilem suam bonitatem ex iis rebus quæ nobis conueniunt vocari, ne omnino essemus expertes ipsius cognitionis, sed tenuem aliquam eius notitiam consequeremur; subiungit; Τῶν θείων ὀνομάτων, τὰ μὲν ἀποφατικῶς λέγεται, δηλοῦντα τὸ ὑπερούσιον, οἷον ἀνούσιος, ἄχρονος, ἄναρχος; ἀόρατος. οὐχ' ὅτι τινὸς ἥττων ἐστὶν, ἤ τινὸς ἐστέρηται. αὐτοῦ γὰρ ἐστι πάντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ γέγονε, καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκεν.) ἀλλ' ὅτι πάντων ὑπεροχικῶς τῶν ὄντων ἐξῄρηται. οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἀλλὰ ὑπὲρ πάντα ἐστί. τὰ δὲ καταφατικῶς λεγόμενα, ὡς αἰτίου τῶν πάντων κατηγορεῖται. ὡς γὰρ αἴτιος πάντων τῶν ὄντων καὶ πάσης οὐσίας, καὶ ὢν λέγεται, καὶ οὐσία· καὶ ὡς αἴτιος λόγου παντὸς καὶ σοφίας, λογικοῦ τε καὶ σοφοῦ, λέγεται λόγος καὶ λογικὸς, σοφία καὶ σοφός. ὁμοίως καὶ νοῦς καὶ νοερὸς, ζωὴ καὶ ζῶν, δύναμις καὶ δυνατὸς, καὶ ἐπὶ πάντων τῶν λοιπῶν ὁμοίως. μᾶλλον δὲ ἐκ τῶν τιμιωτέρων καὶ πλησιαζόντων αὐτῷ οἰκειοτέρως ὀνομαθήσεται. τιμιώτερα δὲ τὰ ἄϋλα τῶν ὑλικῶν, καὶ τὰ καθαρὰ τῶν ῥυπαρῶν, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἐναγῶν, καὶ μᾶλλον αὐτῷ πλησιάζοντα. ἐπεὶ καὶ πλέον μετέχουσιν αὐτοῦ. οἰκειότερον οὖν μᾶλλον ὀνομαθήσεται

μαθήσεται ἥλιος καὶ φῶς, ἤπερ σκότος. καὶ ἡμέρα, ἤπερ νύξ. καὶ ζωή, ἤπερ θάνατος. καὶ πῦρ καὶ πνεῦμα, καὶ ὕδωρ, ὡς ζωτικά ἤπερ γῆ. καὶ πρὸ πάντων καὶ πλέον, ἀγαθότης, ἤπερ κακία. Ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν ὄν, ἤπερ μὴ ὄν. τὸ γὰρ ἀγαθὸν ὕπαρξις, καὶ ὑπάρξεως αἴτιον. τὸ δὲ κακόν, ἀγαθοῦ ἤτοι ὑπάρξεως στέρησις. καὶ αὗται μὲν αἱ ἀποφάσεις καὶ καταφάσεις. γλυκυτάτη δὲ καὶ ἡ ἐξ ἀμφοῖν συνάφεια. οἷον, ἡ ὑπερούσιος οὐσία. ἡ ὑπέρθεος θεότης· ἡ ὑπεράρχιος ἀρχή, καὶ τὰ τοιαῦτα. εἰσὶ δὲ καὶ τινὰ καταφατικῶς ἐπὶ θεοῦ λεγόμενα, δύναμιν ὑπεροχικῆς ἀποφάσεως ἔχοντα. οἷον, σκότος, οὐχ ὅτι ὁ θεὸς σκότος ἐστίν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι φῶς, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ φῶς. λέγεται μὲν οὖν ὁ θεός, νοῦς καὶ λόγος, καὶ πνεῦμα, σοφία τε καὶ δύναμις, ὡς τούτων αἴτιος, καὶ ὡς ἄϋλος καὶ ὡς παντουργὸς καὶ παντοδύναμος. Quæ quidẽ præclarè notitiam Dei quatenus humana mens eam percipere poteſt, nobis inſinuant; cui ego me totum dedo atque permitto, & mitificus mihi vt ſit, verbo Apuleij, mente Damaſceni, precor.

INDEX VOCVM QVÆ IN SCHOLIIS EXPLICANTVR.

Præpoſiti ſunt ſingulis ſcholiis numeri paginarum Apuleij editi in officina Plantiniana An. 1588.

Ariſto-

Coruſcare

ἐξυδρίαι

παλμα-

Σκηπτοὶ

S

T

V

FINIS.

ΤΟΥ
Σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου πατριάρχου
Κωνσταντινουπόλεως

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ,

Ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν,
εἴτουν
εἰς τὴν τοῦ καθόλου τοῦ ὕδατος φύσιν.

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciſcum Raphelengium.
cIↃ. IↃ. XCI.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΘΑΛΑΣΣΑΝ, εἴτουν εἰς τὴν τοῦ καθόλου τοῦ ὕδατος φύσιν.

ΘΑΥΜΑΖΕΙΝ μὲν τῶν πραγμάτων ὁπόσα ὑπερφυῆ καὶ μεγάλα, οὐ πολλοῦ τινὸς ἔργου φαίνεται ὄν, εἴ τις τοῦτό γε μόνον ποιεῖν βούλεται ἱστάμενος ἄφωνος. ἀπόχρη γὰρ αἰσθανθέντα, εἰς θαῦμα τρέπεσθαι τὴν αἴσθησιν. ἂν δὲ καὶ λόγῳ τις σκοπῆται τῶν τοιούτων ἄξιον εἰπεῖν τι καὶ διηγήσασθαι, τοῦτ' ἤδη τοῦ παντὸς ἐργωδέστερον. ἀφαιρεῖται γὰρ λόγων ἰσχὺν τῶν θαυμάτων ἡ φύσις. καὶ ὅσῳ ταῦτα τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἔκπληξις, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπορία τοῖς λόγοις. καὶ τὸ μηδαμῶς ἑαυτοῖς δύνασθαι χρῆσθαι. Διὸ καὶ πολλή τις γένοιτ' ἂν συγγνώμη δικαίως τοῖς περὶ τούτων λέγειν τολμῶσι, ἂν παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας ἐλλίπωσι. καὶ μάλιστα πρὸς τῶν τοιαῦτα πεπαιδευμένων ἀνθρώπων, ὅσῳ καὶ τῶν ἄλλων μᾶλλον εἰδότες εἰσὶν, ὡς μὲν χαλεπὸν τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρεῖν, ὡς δ' ἀνάγκη καὶ τοὺς λόγους ἥττους ἀεὶ τῶν πραγμάτων συμβαίνειν. ἐπεὶ δὲ ταῦθ' οὕτω, καὶ θαλάσσης πέρι τὸν λέγοντα, οὐδὲν ἐς ἱκανὸν ἐρεῖν οἶμαι. καὶ γὰρ θαύματος ἐν τοῖς οὖσιν εἴπερ καὶ ἄλλό τι μετέχουσα ἐστι θάλαττα· ὅτι καὶ στοιχεῖον ἐστὶ τῶν πρώτων. κἂν

εἴτις συγγινώσκοι τοῖς εἰς τοὺς περὶ ταύτης λόγους ἑαυτοὺς καθιεῖσι, μᾶλλον τῆς προθυμίας ἀγαπήσας, ἢ καταγνοὺς τῆς θρασύτητος, οὐκοῦν τὴν τοῦ μὴ τὰ δίκαια πεποιηκέναι δόξαν ἀποίσεται. ἀλλ' ὁποῖόν τέ ἐστιν ὅσον τὸ χρῆμα θαλάττης, καὶ ὡς αὕτη τὸ κράτιστον τοῦ παντός, ὧδέ τις σκοπούμενος σαφῶς εἴσεται. πλὴν εἰκάζειν ἐνταῦθα προσήκει, μικροῖς τὰ μεγάλα, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν ἐκ τῶν λόγων θηρᾶσθαι σκιαῖς. ἤδη μὲν οὖν τὸ πᾶν τόδε μὴ ὂν πρότερον οὐδαμῶς, ἀρχὴν ἐλάμβανεν εἶναι. καὶ τότε αὐτίκα ὑπῆρχε καὶ θάλαττα, σὺν τοῖς πρώτοις τῶν ὄντων φανεῖσα, καὶ δύναμιν ἔχουσα τὴν πρώτην. ὡς γὰρ ἐπὶ παντὸς χρήματος γιγνομένου ὕλην εἶναι τινὰ δεῖ, εἶτ' ἐξ αὐτῆς τὴν γένεσιν ἐνεργεῖσθαι, οὕτω δήπου καὶ θάλασσαν ὁμοῦ τοῖς πρώτοις ἰσοστᾶσαν ἐρῶμεν. ὡς εἶναι στοιχεῖον τῶν μετὰ ταῦτ' ἐσομένων, καὶ ἀρχὴν τοῦ συγκρίματος τρόπον τινά. ὥστ' εἴ τις θεώμενος θαυμάζοι τὸ τοῦ παντὸς χρῆμα, ἐκ τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως δέον τὰ πρῶτα τοῦ θαύματος ἄρχεσθαι. καὶ δή, πρεσβυτάτην αὐτὴν δείξας ὁ δημιουργός, οὐκ ἀπεικότως ἐστὶ τὰ πρῶτα μεγέθους ἀπένειμε. μεγάλη γὰρ τοσοῦτόν ἐστι θάλασσα, ὡς μὴ δὲ ἣν ἴσμεν ἤπειρον ἀποχρῆναι εἰς χώραν αὐτῇ. ἀλλ' εἶναι μὲν πολλὴν τὴν ἐντὸς Γαδείρων, ὡς καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἰλιγγιῶντας, ἀπαγορεύειν πρὸς πᾶσαν, ἐστὶ μικροῦ τοὺς τῆς ἀπείρου λόγους ἁρμόζειν αὐτῇ. Καὶ ταῦθ' ὁριζομένην σαφῶς, καὶ κύκλῳ περιλαμβανο-

λαμβανομένην τῇ γῇ. πλείονα δὲ τῆς ἐκτός. Καὶ μὴν
δ' εἶναι παρεξετάζειν αὐτὴν πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς
κατ' οὐδένα λόγον. οὗ γε χάριν, ὅτι πλοῦς ἐν αὐτῇ γί-
γνεται. ἀπειρία γὰρ ὕδατος εἴργει, καὶ τὸ μὴ εἰδέ-
ναι ὅποι τις ἂν ἔχοι καταραι· τά τε ὅρια αὐτῆς εἰ
καὶ ὅλως εἰσίν, οὐκ εἶναι εἰπεῖν οὐδενός. καὶ τοῦτ' εἰλή-
φει τὸ μέγεθος, οὐκ ἔξω λόγου, οὐδὲ τῆς χρησίμου χω-
ρίς. ἀλλ' ἐπείπερ ἔμελλεν ἡ τοῦ ὕδατος φύσις οὐ μό-
νον δὴ μήτηρ τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τιθήνη φανῆναι,
εἴς τε τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν ὅτι πλεῖστον τελοῦσα, εἴς τε
τὸ διαμένειν ἐς ὅσον ἑκάστῳ ἡ φύσις ἐξήκοι. οὕτω δ'
ἐκ τοῦ μεγέθους θαυμαζομένη, οὐχ ἥκιστα καὶ διὰ τὴν
ὥραν θαυμάζοιτ' ἄν, ἣν ὡς πλείστην ἀεὶ καὶ τελεω-
τάτην παρέχεται τοῖς ὁρῶσι. σχῆμα γὰρ αὐτίκα θα-
λάσσης τὸ κάλλιστον, ὁποίῳ δήπουθεν καὶ τὸν οὐρανὸν
ἴσμεν γιγνόμενον κεκοσμῆσθαι. γῆν τε γὰρ ἅπασαν
ὠκεανὸς περιδέδρομε κύκλῳ· καὶ αὖθις ὡς ἐν κύ-
κλῳ τῇ γῇ, ὃ δὴ τοῦ ὕδατος πλεόμενον ἐστι περι-
σφίγγεται. Καὶ θέσις δὲ αὐτῇ ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων
εἰκάσαι, τὸ μεσαίτατον τοῦ παντός, εἴπερ καὶ τῆς γῆς
τὸ μέσον ἀπονενέμηται τῇ θαλάττῃ· καὶ κινδυνεύει
τῷ λόγῳ μὴ κέντρον τὴν γῆν, τὴν δὲ θάλασσαν εἶναι·
τήν γε μὴν ὥραν καὶ χάριν ἣν ἐν αὐτῇ τῇ θέσει
παρέχεται, καὶ ὡς κύκλος τε ἐστιν ἡ αὐτὴ τῷ γε τὴν
ὅλην κατανοοῦντι, καὶ πάντα σχήματα δείκνυσιν ἐν
τῇ πρὸς γῆν συνελθούσῃ καὶ μίξει. κόλπους μὲν
πολυειδεῖς ἀγκαλίσκουσα, νήσους δὲ αὖ ἐκ μέσης μυ-

κρὰς καὶ μείζους ἀναδιδοῦσα, καὶ πορθμοὺς ἐν στενῷ ἐς μήκιστον διήκοντας ἀπεργαζομένη, τίς ἂν λόγος μετρίως εἰπεῖν ἀποχρήσοι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς ἐκ τῆς περιγραφῆς καὶ τῆς θέσεως, καὶ ὅσον τῇ γ' αἰσθήσει καταλαβεῖν· λογισμῷ δέ τις προσέχων διϊσχυρίσαιτο τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν εἶναι καλὴν, ὁπόσον καὶ ἀρχὴ τοῖς ἄλλοις ἃ τοῦ καλοῦ μετέχει γνωρίζεται. οὐ γὰρ ἂν ἦν εἰκὸς τά γε τὴν ὕπαρξιν δεύτερα τοιούτου μετέχειν τινὸς μὴ τῶν πρώτων μετεσχηκότων, ἀφ' ὧν δὴ καὶ ταῦτα συνέστη· ποταμοὶ δὲ πάντες καὶ πηγαὶ, λίμναι τε αὖ καὶ νυμφῶν νάματα, καὶ ὅσα τὴν γῆν ὑποδέχεται, ἐκ θαλάσσης τὰ πάντα καὶ αὖθις εἰς θάλασσαν καταῤῥεῖ, τοῦτο μὲν, ὡς ἐκ μητρὸς· τοῦτο δ' αὖ, ὡς εἰς κοινήν τινα τὴν παντὸς ὑγροῦ χώραν. εἴη δὲ καὶ τοῦτο τὴν μίαν εἶναι ταύτην ἀρχὴν τοῦ παντὸς ὕδατος, σημεῖον οὐκ ἀμυδρόν· ἔνθα γὰρ ἅπαν ἀνακάμπτον ὁρῶμεν καὶ ἀποκαθιστάμενον, ἐκεῖθεν καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν τοῦ εἶναι εἰληφέναι πιστεύμεθα. οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἐκ γῆς ἅπαντα εἰς γῆν ἀναλύοντα, τὴν γῆν πρώτην σφίσι μητέρα εἶναι δηλοῖ. ἡ δὲ, ἁπάντων ὑδάτων εἰς αὐτὴν εἰσρεόντων, καὶ πάνθ' ὑποδεχομένη διὰ μεγέθους περιουσίας, οὔτε πλείων τῆς οὔσης ὁρᾶται, οὔτ' ἐλάττων τις φαίνεται οὖσα. οὐ γάρ πω πλέον οὗ δέδωκε γῆθεν λαμβάνει καὶ αὖθις δίδωσί γε τοσοῦτον, ὁπόσον καὶ εἰσεδέξατο. καὶ ἅμα οὐκ ἐπιδίδωσι, τῶν ἐκ γῆς συμβαλλομένων. ἐπεὶ μηδ' αὐτῆς ἐγένετο, οὐδὲ προσθήκης

δεομένη τινὸς ἐξ ἀρχῆς. τῷ ὄντι δὲ τελεία καὶ πλήρης, καὶ παντὸς μᾶλλον ἀνενδεής. ὄμβροι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ δρόσοι, καὶ νιφετοί, νεφέλαι τε αὖ αἱ τούτους γεννῶσαι, καὶ ὅσα πρῶτον εἰς τὸν ἄνω συνιστάμενα τόπον, εἶτ' ἐκεῖθεν εἰς γῆν κάτεισιν. ἔτι γε μὴν ἀνέμων φύσεις καὶ παντοῖαι πνοαί, τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ ὕδατος ἔχουσιν. εἰ δὲ βλάσται φυτῶν, ἐκφύσεις τε καὶ αὐξήσεις, ἀναθηλήσεις τε καὶ καρποφορίαι, ἐξ ὑδάτων ὡς ἐξ ὕλης. οὐ γὰρ ἄλλως οἷόν τε προκύπτειν τῆς γῆς. μήτηρ δὲ τοῦ παντὸς ὕδατος, προσκείσθω δὲ καὶ παντὸς ὑγροῦ θάλασσα, εὔδηλον ὡς καὶ τούτων οὐκ ἄλλη τις αἰτία τὸ μέρος τοῦτο, ὅτι μὴ θάλασσα. οὐ δὴ μόνα ταῦτα τὴν ὑγρὰν ὡς μητέρα κατὰ τὸν εἰρημένον κέκτηται τρόπον· ἀλλὰ καὶ παντοῖα γένη τῶν ζώων. ἐπεὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἁπάντων ὃ μὴ τῇ τοῦ ὑγροῦ μετοχῇ τῆς ἐπωνυμίας ταύτης μετάσχοι. τούτου δὲ ἐναργὲς γνώρισμα, ἐπειδήπερ συναποβάλλει καὶ τὸ ζῶα εἶναι καὶ ὅλως ἔμψυχα, τὴν ὑγρότητα ἀποβαλόντα. ἀλλὰ μὴν τήν γε παρὰ τ' ἄλλα θαλάσσῃ οἰκειοτάτην φορὰν τὰ τῶν ἰχθύων λέγω καὶ κητῶν πάντα γένη, πῶς ἄν τις κἂν ἀξίως θαυμάσοι περινοῶν; τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα τῶν ζώων, πρὸς τῷ ὑγροῦ μετέχειν, ἔστιν οὗ καὶ τῶν ἄλλων πρώτων σωμάτων μετέχει. ἰχθύες δὲ καθαρῶς ἐκ θαλάσσης, ἐν αὐτῇ τὴν ἀρχὴν καὶ γεννώμενοι καὶ αὐξόμενοι, καὶ διὰ τέλους ξεχόμενοι, πολλοὶ μὲν τὸ πλῆθος· ὡς εἰ καὶ τὰ χερσαῖα μὴ ὑπερβάλλει τὸ κατ' αὐτούς, ἐλαττοῦσθαι πλὴν

οὐδεὶς ἐρεῖ. οὐκοῦν ὅγ᾽ ἐπιεικῶς ἐπιστάμενος. πλεῖστα δὲ καὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων χρήσιμοι γένει. οἷς τε τροφὴ γίγνεται, καὶ μάλα κατάλληλος τοῖς σώμασιν ἐντεῦθεν αὐτοῖς, καὶ οἷς αὖ τὴν ἄλλην χρείαν ἐστὶν ἐκ τούτων ἀποπληροῦν. ἣν λόγῳ μὲν εἰπεῖν, οὐκ ἂν οἷόν τ᾽ εἴη. πεῖρα δὲ μόνη διδάσκαλος. οὐ δὴ μόνον τῶν εἰρημένων χάριν, τὸ τοῦ ὕδατος χρῆμα ἢ τὸ τῆς θαλάσσης. ἔξεστι γὰρ ἀκούειν ἑκάτερον, οὐ διαφέρομαι, οὐχὶ τούτων ἕνεκα μόνον θαύματος ἄξιον, ἀλλὰ καὶ ὧν ἡμεῖς κεχρήμεθα αὐτῷ συμφερόντως τῷ βίῳ. καὶ ἀφίημι λέγειν ὡς ἀνακτᾶται τὸ ὕδωρ τοῖς ζώοις τὰ σώματα· τοῦτο μὲν, πίνουσι· τοῦτο δὲ, λουομένοις· καὶ ὡς ἄρτος φύρεται ὕδατι, καὶ ὡς οὐκ ἔστιν οὐδὲν σχεδὸν εἰς βρῶσιν, ὅτι μὴ μεθ᾽ ὕδατος χρηματίσαι. καὶ ὅτι τοὺς ἅλας οὐκ ἄλλοθεν ἔχομεν ἢ ἐκ τούτου συνισταμένους. μεθ᾽ ὧν οἷον ἐμψυχοῦται τροφή, καὶ ἡδονῆς ὡς πλεῖστον μετέχει, καὶ ἀνθρώποις καθάπαξ ἐστὶν αἱρετή. καὶ πρός γε τοῖς εἰρημένοις, ὅτι καὶ ῥύπους καθαίρει τὸ ὕδωρ, καὶ κηλῖδας ἐκπλύνει, καὶ μολυσμῶν ἀπαλλάττει καὶ δυσωδίας· γνώριμα γὰρ ταῦτα περιφανῶς· τὰ δέ γε μὴν ἕτερα εἰς ὅσα ἡμῖν ἀναγκαίως ἔχον ἐστὶ τόδε, πῶς ἄν τις ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διέλθοι; οὐ γὰρ ἂν βίος ὅλος ἀνθρώπινος ἀποχρήσοι, βουλομένοις καθέκαστον διελθεῖν, ὅσα τοῖς ἀνθρώποις ἐκ θαλάττης περιγίνεται. πλήν, ἅψασθαι χρὴ μετρίως, καὶ ὅσον ἀμυδράν τινα σκιαγραφίαν τὸν περὶ τούτων οἴεσθαι λόγον. πολλῶν τοίνυν ὄντων ἄγε

εἰς τὸν

εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον τελεῖ, οὐχ ἅπαντος δὲ μέρους γῆς τὰ πάντα φέροντος, οὐδ' ἀθρόον τῶν χρησίμων ἁπάντων ἐν ταυτῷ ἀναδιδομένων. ἀλλὰ τὰ μὲν, ἀσίας ἐχούσης, τὰ δὲ, εὐρώπης, ἕτερα δὲ λιβύης, καὶ ἄλλα ἑτέρου κλίματος γῆς, εἰ μὴ συνάπτουσα ἦν τὰς διεστώσας ἠπείρους θάλασσα, καὶ ἄνθρωποι διὰ ταύτης ἐπεμίσγοντο οἱ ἁπανταχόθεν τοῖς ὁποιδήποτε γῆς, κἂν ὀλίγων μὲν τῶν ἐπιτηδείων εὐπόρει τὸ γένος, ἀπελείπετο δὲ τῶν πλείστων. νῦν δὲ διὰ θαλάττης ἀλλήλοις τὰ πρὸς ἀλλήλων διδόασι· καὶ θαυμασία τις κοινωνία τοῖς ἀνθρώποις ἐντεῦθεν, καὶ ἀφθονία βίου. ἐπεὶ καὶ τὰ συνεκτικὰ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, ἁπανταχοῦ διὰ τοῦδε τοῦ στοιχείου κομίζεται. καί γε μὴ διαιρεῖν, μηδὲ ἀποδιιστᾶν ἀλλήλων τὰς ἠπείρους νομίζειν προσήκει τὴν θάλασσαν. οὐ γὰρ τοι συντίθεμαι οἷς τὸ πάλαι οὕτως ἐδόκει. τοὐναντίον μὲν οὖν, συνάπτειν καὶ εἰς ἄκραν ἕνωσιν ἰέναι ταύτας ποιεῖν. οὐ μόνον ὅτι τὴν μέσην εἰληφυῖα χώραν δεσμὸς τῶν ἄκρων ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπικοινωνεῖν ἀλλήλοις τὰ τμήματα τῇ διαδόσει καὶ ἐπαλλάττειν ποιεῖ. ἴδοις γὰρ ἂν εἰς τὴν ἰνδικὴν ἐπιφοιτῶντα κελτὸν καὶ γαλάτην, καὶ εἰς τὴν ἐκείνων αὖθις ἰνδοὺς τὴν θάλατταν διαπεραιουμένους. οὐ γὰρ ἄλλως οἷόν τε. καὶ λίβυες αὖ διαβιβοῦσιν ἐν εὐρώπῃ χρησάμενοι τῇ θαλάσσῃ. καὶ ἀσία τοὺς ἐξ ἑκατέρας γῆς δέχεται, τῆς αὐτῆς ταύτης παραπεμψάσης. διὸ καὶ οὐκ ἔστι μὴ καὶ τῶν ἄλλων νομίζειν εἶναι φορὰν,

τὴν τῆς ἑτέρας τῶν ἠπείρων φορὰν· οὐδὲ κατὰ τὴν σκυθῶν γῆς ἀῤῥαβία κομπάζει· οὐδ᾽ ἡ τῶν αἰθιόπων κατὰ τὴν ἑλλάδος. οὐδ᾽ αὖ ἑτέρα τις καθ᾽ ἑτέρας. ἐπεὶ τά γε δοκοῦντα ἑκάστης ἴδια, κοινὰ ταῖς ἁπάσαις διὰ τὴν θάλασσαν γέγονε. Καὶ τό γε τὰ αὐτὰ εὑρίσκειν ἄφθονα πανταχοῦ, τῆς γεννησάσης ἰδίας τ᾽ ἀξίωμα καταβάλλει. χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, κέρδη τοῖς ἀνθρώποις ἐκ θαλάττης μυρία. χρημάτων τε ἀπειρία καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ἀφθονία· δι᾽ ὧν αὐτός τις ἑαυτοῦ ὁρᾶται περιφανέστερος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οὐ πολλοῦ τινὸς λόγου τοῖς γε φιλοσοφωτέροις, καὶ τὴν διάνοιαν ὑπὲρ τοὺς πολλούς. Τόγε μὴν κράτιστον κερδῶν ἁπάντων καὶ πᾶσιν ἐπίσης θαυμαζόμενον ἡ τῶν μακρὰν ὄντων κατάληψις ἐντεῦθεν περιγιγνομένη, καὶ πραγμάτων ἀκρίβεια καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἐμπειρία, ἅπαντα συλλεγόμενα κατὰ μικρὸν, πολλοῖς μὲν ἔθνεσι, πολλοῖς δὲ ἤθεσιν ὁμιλοῦντες, καὶ καινότερα ἀεὶ μανθάνοντες ἐκ τοῦ καινοτέροις ἐντυγχάνειν ἀεὶ καὶ ἀνδράσι καὶ πόλεσι, καὶ νομίμοις καὶ πᾶσι πράγμασιν. ἐξ ὧν ὡς ἐμπειρικώτατοι τῶν ἄλλων καὶ φρονιμώτατοι εἴπερ καὶ ἐμπειρικώτατοι, οἱ τῇ θαλάσσῃ κεχρημένοι γινώσκονται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καρτερικοὺς ἴδοις αὖ καὶ ἀνδρείας ὡς πλεῖστον ἥκοντας τοὺς αὐτοὺς τούτους. ὅτι μή δ᾽ ἔσθ᾽ ὅ γε παρὰ τὴν θάλασσαν ἱκανῶς τοῖς κινδύνοις παραμένειν διδάξει. καὶ ἀναπείσῃ ὡς εὐψύχως φέρειν τὰ ἐπιόντα. ἐμοὶ μὲν γὰρ, εἰς ἔκπληξιν θάλασσα

λασσα καὶ πόρρωθεν ἱσταμένῳ καὶ ἀπὸ τῆς θέας ἔχει, καὶ τῶν ἤχων τὸ φρικῶδες καὶ φοβερόν· τὸ δέ γε καὶ τολμᾶν ἐπιβαίνειν καὶ παρασκευάσαι πρὸς κλύδωνα καὶ σάλον καὶ τρικυμίαν καὶ πάσας μεταβολὰς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος, τοῦτ᾽ ἤδη μεῖζον ἅπαν ἀνδρείας ὑπερβάλλει καὶ καρτερίας. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐκ μικρῶν τὸ ὑπερβάλλον τοῦ στοιχείου γνωρίσαι. παρεῖται δὲ τὰ μείζω καὶ τελεώτερα περὶ τοῦδε λέγειν ἡμῖν, ἀπορίαν ἑαυτοῖς συνειδόσιν, ὥστε περὶ τοῦ κρατίστου τῶν ὄντων ὑψηλοτέρων ἅπτεσθαι λόγων. Καὶ γὰρ, ἀρχή τις τὸ ὕδωρ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας νομίζεται, καὶ συνεκτικὸν τῶν λεγομένων παρὰ τοῦτο στοιχείων. ἐπειδὴ, καὶ πᾶσιν ἐκείνοις εἰς τὸ εἶναι συμβάλλει. τῷ τε γὰρ ἀέρι μεταδίδωσι τῆς ὑγρότητος. καὶ οὐκ ἄλλοθεν τοιοῦτος ἀὴρ, ἢ τῇ μετουσίᾳ τοῦ ὕδατος. πυρὶ δὲ, τροφὴ γίγνεται τὸ ὑγρόν. καὶ μένοντος τούτου, μένει κἀκεῖνο, καὶ δαπανωμένου συνδαπανᾶται, καὶ τελέως ἐκλελοιπότος, ἀπομαραίνεται. εἰσὶ δὲ οἳ, καὶ τοῖς ἄστρασι τροφὴν ἐκ τοῦ ὕδατος παρεσκεύασαν. οὗ γε χάριν, καὶ πυρὸς καὶ ἀστέρων ἡ σύστασις, ἐκ τοῦ ὕδατος τρόπον τινά. ὁπόθεν καὶ γὰρ ἕκαστον τρέφεται, ἐκεῖθεν καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι διαμονὴν ἔχειν πιστεύεται. γῆς δὲ καὶ αὐτῆς ἅτερα τῶν ποιοτήτων, περιφανῶς ἐκ τοῦ ὕδατος. οὐ γὰρ ἑτέρως γε, ἢ τῇ μετουσίᾳ τοῦδε αὐτὴ ψυχρά. κἂν αὖθις ἀφέλῃς τῆς γῆς τὴν πᾶσαν ὑγρότητα, ἀσθενῆ τε ἰδοῖς καὶ ἀνυπόστατον, τά τε ἄλλα μὴ στέγουσαν, καὶ παντοίοις βάρεσιν ὑποχωροῦσαν ἀεί.

ἀεί· πάρεστι δὲ τοῦτο καὶ τὴν ψάμμον ὁρῶντα κατανοεῖν. ἥτις γῆ μέν ἐστι, πλὴν ἀφῃρημένη τῆς εἰς ταυτὸν συναγούσης καὶ συνεχούσης ὑγρότητος. καί γε τοὺς μίαν ἀρχὴν καὶ μόνην τῶν ὄντων εἰρηκότας εἶναι τὸ ὕδωρ, οὐκ οἶμαι δι' ἄλλο, ἢ ταῦτα παραχθέντας εἰπεῖν, οὐκ ἔξω λόγου ταυτηνὶ τὴν δόξαν περὶ τοῦ ὕδατος εἰληφότας. Διό, οὐδ' ἔστιν ὅτῳ τις τὸ στοιχεῖον τοῦτο παραβαλεῖ, εἰ μὴ βούλεται τοῖς ἐλάττοσιν ἀντεξετάζειν τὰ μείζω, καὶ τὰ πρῶτα τοῖς μετὰ ταῦτα. στοιχείων μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἅγε καὶ αὐτὰ πρῶτα τῶν ὄντων φασὶν εἶναι, τοσοῦτον ὑπεραίρει τὸ ὕδωρ, ὡς τῶν ἑαυτοῦ μεταδιδόναι κἀκείνοις. αὐτὸ δέ, τῶν ἐκείνων δεῖσθαι μηδέποτε. γῆ μὲν γάρ, ἵνα καὶ αὖθις χρήσωμαι τοῖς αὐτοῖς, μεταδίδωσι τῆς ψυχρότητος, οὐδὲν δ' ἐκεῖθεν λαμβάνει. ἀέρι δέ, τῆς ὑγρότητος. καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἀέρος ἐστὶν ἀνενδεές. τῷ πυρὶ δέ, εἰς τροφὴν γίγνεταί πως. πλὴν δεῆσαν συνελθεῖν ὡς εἰς μάχην ὕδωρ καὶ πῦρ, ἀνάγκη πᾶσα ἢ τῷ ὕδατι παραχωρῆσαι τοῦ κράτους καὶ ὑπεκστῆναι, ἢ πειραθὲν τῆς ἐκείνου δυνάμεως, τελέως τε ἀποσβῆναι καὶ εἶναι μηδαμῶς ἐν τοῖς οὖσι. Καὶ θάλασσα μὲν οὖν τοιαύτη. ἁπανταχοῦ ἐν πᾶσι κρατοῦσα μετὰ πολλοῦ τοῦ χρησίμου. ὑμῖν δὲ περὶ αὐτῆς οὐχ ὅπως ἐρεῖν πρὸς ἀξίαν, ἀλλ' οὐδὲ προσηκόντως θαυμάσαι ἰσχύς. δέον τοιγαροῦν τοῦ μεγέθους τοῦ πράγματος αἰσθομένους, ἀντὶ τῶν λόγων ἀσπάσασθαι τὴν σιγήν, ἵνα μὴ τὸ πολὺ τοῦ θαύματος τὸ ἀσθενὲς τῶν λόγων ὑφέληται.

ΤΕΛΟΣ.

BON. VVLCANIVS HEN. STEPHANO S. D.

LITERAS *tuas quas ad me ex superioribus nundinis Francfordianis datas ordiris à dubitatione de memoria tui mea, accepi. Ne dubita. Hæret enim mihi volenti nolenti memoria tui, immanè quantum iucunda; neque eam elabi ex animo meo patitur Arrianus meus. De Musâ tuâ Principum monitrice dubitásne etiam quid sentiam?* Διὸς ἐγκέφαλος. *At verò si hæc talia è sella caballina, hoc est equitans, fundis; quid non abs te si ad domesticam sellam vnguem mordeas exspectent* φιλοςέφανοι? *Mitto tibi* ἀντίδωρον, *Pauli Silentiarij carmen, quod in Anthologiâ Epigrammatum Græcorum pessimè ab aliquo typographiæ tuæ* ἐπισκόπῳ *habitum, (neque enim adeò crassum* ἁμάρτημα *in religiosam tuã diligentiam cadere potest) à me restitutum & breuibus aliquot notis Emanuelis, nisi fallor, Chrysoloræ illustratum, tuo nomini inscripsi, vt vel hoc habeas* τεκμήριον *meæ, si adhuc dubitas, tui memoriæ, quantum mereris amicæ. Vale.*

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΕΝ ΠΥΘΙΟΙΣ θερμά,

ἡμιάμβια δίμετρα καταληκτικά.

ΒΟΥΛΕΙ μαθεῖν ἄνθρωπε
θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα
πῶς καὶ πόθεν νοσοῦσι,
φανὲν προκεῖται πᾶσιν
ἀντάργυρον δώρημα,
καὶ πρευσφιλὲς γάνυσμα;
ἐγὼ τοῦτο δείξω.
ἐγὼ φέρων διδάξω
ὅσον σοφοὶ νοοῦσιν
ὅσον φύσις παιδεύει,
ἢ πεῖρα συνδικάζει,
πρόσχες, φράσων γὰρ ἥκω.
Ἔνερθε γῆς σύριγγας
εἶναι στενὰς νοοῦσιν.
ὕδωρ ἐκεῖθεν ἔνθεν
αὐτιξέχον πιλεῖσθαι.
πλήμμυρον δὲ, θέρμην
οὐ τὴν τυχοῦσαν πάσχειν.
Ἄλλοι λέγουσι τοῦτο,
μέταλλά που θειώδη
γῆς ἐν μυχοῖς ὑπάρχειν.

τὸ γοῦν το-

τὸ γλιτονοῦν οὖν νᾶμα
θέρμης τυχὸν βιαίας,
κάτω μένειν οὐκ ἴσχον·
ἄνω βρέχει τῷ πλήθει.
Ποῖον δ᾽ ἔχῃ, τὸ πρῶτον;
ἀλλ᾽ οὐ δέδεγμαι τοῦτο.
τῷ δευτέρῳ, σύμφημι.
ὀδμὴ γὰρ ἐστὶν οἶδας
μυδῶσα, δυσπνοοῦσα,
ξανθόν τε μαρτυροῦσα.
Οὕτω περῆλθε πᾶσι
τὸ θερμόβλυστον ῥεῖθρον.
ἱπποκράτης, ἄψυχος
τέχνης ἀνὴρ, γαληνός.
πίστις δὲ τούτου, νῆσος
τὸ πῦρ ἄνω φυσῶσα,
πολλῷ βρέμον σὺν ἤχῳ,
πολλῇ τε σὺν κινήσει.
οἶδεν φέρειν τοιαῦτα
πιτανία μηδίας
καὶ περσικὴ πιττάκη,
καὶ λυδία, πλουτοῦσα
μεταλλόχρυσον γαῖαν.
ἡρακλέων στηλῶν δὲ
πόῤῥω, πέφυκε πλεῖστα,
ἐν δ᾽ αὖ γε πιθηκούσαις,
καὶ λιπάρᾳ τε νήσῳ

ἀφεγγές

ἀφεγγές ἐστιν ἄσθμα
ὃ νυκτί περ παμφαῖνον
πέμπει λίθους θειώδεις,
πολυψόφους, βροντώδεις
ὄψει τὸ πᾶν δηλοῦντας.
ἐστὶ δὲ μικρὰ ταῦτα
πρὸς ἄλλα κρείττω μείζω.
πηγὴ τελεῖ γὰρ λήθην,
ἄλλη μέθην ποιεῖ δὲ,
ἄλλη δ' ἔλαιον βλύζει.
ἄλλη γάλα προτείνει.
καί που ζοχάζει νᾶμα
πλειόνων ἄκος νοσούντων.
καί που ποθοῦσιν οἶνον
μίσητρόν ἐστιν ὕδωρ.
καί που μέσον θαλάσσης
πίδαξ ἀναρραβδεῖται.
καὶ χασμάτων ἐκπνεῖται
περιληκτικόν που πνεῦμα.
ἄσφαλτον ἄλλη γῆ δὲ
πῶς ἐξάγει, τί τοῦτο;
Ω θαυμάτων τὸ θαῦμα,
πηγὴ ψόγῳ δολοῦται,
αἰνουμένη δὲ λάμπει.
Ἄλλοι λέγουσιν ἄλλην
κρυπτοὺς δόλους ἐλέγχειν.
ἄλλην καθαρκτικῶν δὲ

χυμῶν μόνον θρυλλοῦσιν.
ὕδωρ πικρὸν τελεῖ δὲ
φῶς ἡλίου καυσῶδες,
ὃ νὺξ γλυκαίνειν οἶδεν
εἰς ἡδύληπτον ἕλξιν.
ὄλβος δὲ πηγῆς ἐστὶ
φύσιν κάτω τὴν κούφην,
ὁλκὴν δὲ τὴν βαρεῖαν
ἄνω φέρειν τὴν ἄχνην.
ἄλλος δὲ ῥοῦς μικρός σοι
ὃς στομάτων τὰς θλάσεις,
ὀστῶν τε τὰς κατάξεις
σφίγγει, τρέφει, πιαίνει.
Θέλεις προσοίσω πλείω;
ἔστιν λέγουσι νᾶμα
ὅπερ βαλὼν εἰς ἄγγος
εἰ νυξὶν αἰθριάζοις
κρυσταλλόπηκτον εὕροις.
Ἔστιν λέγουσιν ἄλλο
ἐξ οὗ πιεῖν προκύψας
διψῶν βλέπει σε φεῦγον,
γῆς μητρὸς ὡς ἐν κόλποις.
ἔστιν δὲ ῥοῦς, ὢ θαῦμα,
ὃς εἰ δεδέξεταί τι
λίθον τελεῖ τὸ πρᾶγμα,
ἐν ἡμέραις οὐ πλείσταις.
Ἄλλην λέγουσι κρήνην

βραχὺ βρύουσαν ὕδωρ,
ἤ τις παρόντος ὄχλου
πλείω δίδωσι ῥεῖθρα·
Ἄλλην δέ που πιστοῦνται
ἢ χείματος παρόντος
ἄνικμος ἐστι πᾶσα
προχεῖ θέρους δὲ νᾶμα.
Ἄλλην ἀκούεις πάντως
ὕδωρ φέρειν νιτρώδες
ὡς ῥυμμάτων μὴ δεῖσθαι
λελουμένους ἐκεῖθι·
θερμὰ προχεῖ δὲ λίμνη,
ὡς μὴ πίνεσθαι ζώοις.
ὄζει γὰρ ὥς τι πῦον
ἢ σήψεως ἄλλης ὕλης.
ἐκεῖ λέγουσιν εἶναι
πολλὰς φυτῶν αἰγείρους
ἤλεκτρον ἐξαγούσας,
τὸ χρυσόμορφον εἶδος.
τίκτει δὲ τοῦτο πρῶτον
ὡς δάκρυον γλοιώδες,
ἔπειτα δὲ πετροῦται.
ὦ τοῦ ξένου μετάλλου.
Δεῦρο φράσω καί τ' ἄλλα.
Φέρει τόπος τις λίμνην
μικρὰν λίαν κυκλώδη,
πρὸς ἣν θέλων λουθῆναι

πεπλη-

πεπλησμένην εὑρήσεις.
ἕως δὲ πεντήκοντα
λελουμένους καθαίρει.
εἰ δ' αὖ τις αὐτῇ πλείους
ἄνδρας φέρει λουθῆναι
ἔξω τρέχουσα ῥίπτει
τοὺς ἀκρίτως τρυφῶντας.
Πέτρας καπνὸς δ' ἐξέρπει
κρύπτων τὸ καῖον
ὅπερ σαφῶς ἀνάψεις
ἔλαιον εἴπερ στάξεις.
Ἀλλη δέ τις βραχεῖα
πῦρ ἐξέθαλψε πέτρα,
εἰς ἣν ἔλαιον ῥαίνων
πάντως σβέσεις τὸ φαῖνον.
Δέλτοι φέρουσιν ἄλλην
ὥρᾳ θέρους βαθείᾳ
πῦρ ἐξ ὀπῆς ἀνίσχειν
χειμῶνος ὕδωρ ῥεῖν δέ.
Λίθους ἔχει δὲ ῥεῖθρον
ἅπτοντες ἀειδάμας.
οὓς ῥιπίδι ψυχάζων
τὸν φλογμὸν ἐκπραΰνεις.
εἰ δ' αἷμα ῥαίνων σπείσῃς,
τὸ πῦρ πλέον τυφοῦται.
Ἀλλης ὀπῆς ὠθεῖται
ὕδωρ τε καὶ πῦρ σμίγδην.

καὶ τὴν φιλεχθεῖ μίξιν
τεξαντύος πιστεῦται·
Οὕτω φύσεις ἀπείρους
ὁ δεσπότης ἁπάντων
κτίζων, ἄγων, ἰθύνων,
κρίνων, πλέκων, ὡς οἶδε,
πρὸς θαῦμα καὶ λατρείαν
φύσεις σαφῶς ἐγείρει.
τοῦτον κάλει θεόν σου,
τοῦτον φρεσὶ φαντάζου
μηδὲν τυπῶν πρὸς εἶδος
εἰ μὴ θέλεις γε πταίειν.
ἄγνωστον ἐστι πνεῦμα,
ἄρρητον ἐστι πρᾶγμα,
ἄληκτον ἐστι θαῦμα
ἀναρχοφωτόμυστον,
ἀρρητολεπτόπνουστον,
κόσμους φέρον καὶ βίους
ἐν πανσόφῳ χαρείᾳ
ἐν ἐνδίκῳ προνοίᾳ.
Οὕτω τὰ μὲν κατεῖδον,
τὰ δ' αὖ βίβλοι βοῶσιν.
τὰ δ' αὖ συνῆξε πεῖρα.
καὶ πίστις ἐστὶ πάντως
τὰ δῆλα, τῶν ἀδήλων,
τὰ μικρὰ, τῶν μεγίστων.
τοῦτο σκοπῶν τὸ θαῦμα

οἶδα πλέον ποθήσεις
τὴν ξιφοσόφων φαῦσιν.
ποθῶν δὲ καὶ ζητήσεις.
ζητῶν δὲ, καὶ θεώσεις
μετουσίᾳ τὸ κρεῖττον.

ΣΧΟΛΙΑ.

Verſ. 34 ἄψυχος.] τὸ θερμὸν λέγει ἱπποκράτης ἄψυχος.
35. τέχνης ἄνευ.] καὶ Γαληνὸς, χωρὶς τέχνης. ἐπεὶ ἄψυχον ὂν καὶ ἄτεχνον χάσεις ποιεῖ, ὥσπερ ὁ ἱπποκράτης.
36 πίστις.] id eſt, πίστωσις, βεβαίωσις.
40 οἶδεν.] τουτέστι, εἴωθε.
41 πτανιὰ μηδίας.] γραφ. μηδείας.
44 μεταλλόχρυσον.] id eſt, μέταλλον χρυσοῦν ἔχουσαν.
49 ἀφεγγὲς ἆσθμα.] σκοτεινὸν ἀναφύσημα.
51 θειώδεις.] id eſt, θείου μετέχοντας.
52 πολυψόφους, βροντώδεις.] id eſt, πολυήχους βροντὰς ἀφιέντας.
56 τελεῖ λήθην.] id eſt, ποιεῖ ἀπώλειαν μνήμης.
60 καὶ που.] που τοπικόν. ἐσχάζει.] τρέχει.
61 πηνῶν ἄκος.] γραφ. πηνὸν ἄκος, hoc eſt, ταχεῖα θεραπεία.
63 μισητόν.] id eſt, μῖσος ἐμποιοῦν.
64 μέσον θαλάσσης.] malim μέσης.
65 πίδαξ ἀναρροιβδεῖται.] τουτέστι, πηγὴ σὺν ἤχῳ ἀνέρχεται.
67 προσελκτικὸν.] id eſt, προσφητικόν.
71 ψόγῳ δολοῦται.] γρ. ψόφῳ θολοῦται.
72 αἰνουμένη.] τουτέστι, ἐπαινουμένη.

75 καθαρκτικὴν.] id est, καθάρσεων ποιητικήν.

76 θρυλλοῦσιν.] Adde ex cod. manusc.

ἄλλην δέμας κρατυνέειν
χαυνὸν διϊστορέουσιν.

κρατυνέειν.] ἰσχυρὸν ποιεῖν.

χαυνὸν.] παραλελυμένον. ἤτοι ἐκλελυμένον, ἐναντίον τῷ συνεστηκότι καὶ συνεσφιγμένῳ.

83 ὁλκὴν.] ὁλκὴ, ὁ σταθμός.

85 μικρός σοι.] ἐστὶ δηλονότι.

92 ἐν νυξὶν.] ἐν ἀσκέπτῳ τόπῳ.

95 προκύψας.] ἡ [πρὸς] ἐνταῦθα τὴν εἰς τὸ ἔμπροσθεν ὁρμὴν δηλοῖ.

106 πιστοῦνται.] βεβαιοῦνται.

107 χείματος.] χειμῶνος.

130 πεπλησμένην.] γεγεμισμένην.

136 ἀκείπως.] ἀδιακείπως.

138 κρύπτων τὸ καῖον.] γρ. κρυπτὸν ἔχων τὸ καῖον, τουτέστι, τὴν καυστικὴν δύναμιν.

139 σαφῶς.] id est, φανερῶς.

140 ἔλαιον εἴπερ στάξεις.] γραφ. ἐκ παλαιοῦ ἀντιγράφου: ἔλαιον ὑπερστάξας.

142 ἐξέθαλψε.] ἀνῆψε.

144 πάντως.] ἐκ παντός.

145 Δέλτοι.] βίβλοι. ἄλλην,] πέτραν.

150 ἀειδάμας.] γρ. ὡσεὶ δᾶδας.

151 ῥιπίδι.] ῥιπὶς, τὸ πλατὺ πλέγμα, ὃ στρεφόμενον κινεῖ τὸν ἀέρα.

154 τυφοῦται.] τουτέστι, ἀγείρεται.

155 ἄλλης ὀπῆς.] ἀπὸ ἄλλης ὀπῆς.

156 σμίγδην.] ἴσως, μίγδην.

157 τετρακτύος πιστοῦται.] τουτέστι, τὴν τῶν τεττάρων στοιχείων μίξιν βεβαιοῖ.

163 ἐγείρει

163 ἐγείρει.] διανιστᾷ.
164 κάλει.] ὀνόμαζε.
165 φαντάζου.] λογίζου.
172 ἀναρχοφωτόμυστον.] τουτέστιν, ἄναρχον φῶς γινωσκόμενον.
173 ἀῤῥητολεπτόπνευστον.] τουτέστιν, ἀῤῥήτως καὶ λεπτῶς ἐκπνεόμενον.
174 κόσμους.] τοὺς ἀνθρώπους δοκεῖ λέγειν κόσμους, τοὺς πληροῦντας τὸν κόσμον.
Ibid. φέρον.] διεξάγον.
175 ἐν πανσόφῳ χωρείῳ.] ἐν τῷ κόσμῳ.
176 ἐνδίκῳ.] δικαίᾳ.
180 πίστις.] πίστωσις. βεβαίωσις.
185 τρισσόφωτον φάσιν.] τουτέστι, τὴν ἁγίαν τριάδα.
188 μετουσίᾳ.] μεταλήψει.
Ibid. τὸ κρεῖττον.] ἤτοι, τὴν ψυχήν.

ΤΕΛΟΣ.

11 April
1650

X/. 44

40 4
36 –